


# GRAECAE GRAMMATICAE

## RUDIMENTA.

London

HENRY FROWDE




OXFORD UNIVERSITY PRESS WAREHOUSE

7 PATERNOSTER ROW

# GRAECAE GRAMMATICAE

# RUDIMENTA

IN USUM SCHOLARUM

Bp. [Charles Wordsworth]

EDITIO UNDEVICESIMA

19

OXONII

E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO

MDCCCLXXXII



# PRAEFATIO

## PRIMAE EDITIONIS.

Cum hodiè inter omnes constet Graecam Grammaticam vulgò Etonensem dictam, et plusquàm duo abhinc saecula compositam, provectiori hujus aetatis scientiae parum respondere, sperabam equidem me commodis ejus provinciae, cui vitâ et officio addictus sum, nonnihil inserviturum, si Graecae linguae rudimenta vetere nostro Auctore paulò plenius et emendatius tradere conarer. Quod consilium cùm cepissem, duplex rei perficiendae videbatur esse ratio. Poteram enim vel novam omninò, secundum ea principia, quae recentioribus Grammaticis, maximè in Germaniâ, placent, Grammaticam adornare, vel veterem illam mendis purgatam, et supplementis idoneis auctam, denuò edere. Priorem rationem multi jam iique non indocti viri nuper secuti erant: quo successu, dixerint alii: posterior adhuc tentanda erat. *Illa* quidem specie simplicior est; regulis paucioribus utitur; si *linguae philosophiam*, quam vocant, spectas, ad veritatem sine dubio propiùs accedit. *Haec* molestiae discentium occurrere ante omnia vult; subtilioris scientiae argutias, ut a puerorum disciplinâ alienas, procul ablegat; rerum effectus magis quàm causas respicit; simpliciores regulas multitudine exceptionum

lucrari nolit. Quod si res de integro agenda esset, illa fortasse probabilior; haec certè ad praesentem scholarum statum magis accommodata: neque enim leve est, in publico puerorum seminario, certo quovis tempore institutionis quasi flumen perenne in novum omninò alveum convertere. Atque hoc erat, fateor, quod me potissimùm impulit, ut viam, quam secutus sim, insisterem; et spem inde fore concepi, ut, si non omnia, quae cuperem, efficere possem, aliquantulum tamen his nostris artibus adjumenti afferrem, si neque a tritis discentium formulis, neque a solitâ docentium consuetudine longiùs discessissem. Itaque, cùm horum amborum commoditati praecipuè consulendum esse statuerem, illud in animo habui; veterem libellum Etonensem utpote celeberrimum, et in plerisque jam scholis diu usurpatum, ita denuò ad incudem revocare, ut abundantia resecarem, omissa supplerem, errata corrigerem, rationem tamen pristinam ac methodum operis, quoad fieri posset, conservarem. Ea nimirùm in emendando, delendo, amplificando, adhibenda erat moderatio,

"*Mutatam* ignorent subitò ne semina *matrem*."

Quarè meminerint, quaeso, Critici non mihi integrum fuisse ejusmodi opus conscribere, quale per se optimum judicarem, sed quale et lectorum praejudicatam opinionem minimùm offenderet, et ab erroribus, qui veterem illum libellum maculant, plerisque certè purgatum esset.

Restitit alter dubitationi locus, utrum in opere scribendo linguâ uti Latinâ an vernaculâ praestaret. Difficilis sanè et vexata quaestio; de quâ equidem confiteor fuisse me diu multumque haesitaturum, nisi doctiores viros, quos sequi debeo, consuluissem; quos cùm in tali

re νεωτερίζειν non volentes viderem, satius duxi cum iis consentire, quàm committere (id quod a bono Praeceptore alienissimum esse sentio) ut saeculi vel ignaviae vel fastidio indulsisse existimarer.

Quod si quis, ex iis quae supra dixi, existimabit me Germanorum Grammaticorum merita et auctoritatem elevare velle, immò non etiam maximi aestimare, id tantum a vero aberit, ut, me ipso judice, ad hanc opellam suscipiendam ne minimâ quidem ex parte instructus accessissem, nisi Virorum inter eos clarissimorum, Buttmanni scilicet, Matthiaei, Thierschii, Rostii, et praecipuè Kühneri, opera diligenter priùs evolvissem; unde, nî fallor, factum est, ut paenè universam Graecae Grammaticae materiem, et, quae dicuntur, *Accidentia*, post eos retractârim, nonnulla etiam, quæ vix alibi reperiantur, de meo adjecerim. Erat enim pars neque inutilis, uti spero, neque inepta propositi mei, ut Grammaticam, Scholarum usibus praecipuè destinatam, ejusmodi concinnarem, quae neque *nimia* videretur, cum *nihil omitteret*, quamque *Tirones* in manus libenter caperent, *Veterani* in usu retinere non dedignarentur.

Ceterùm quicquid vel exactae scientiae, vel reconditioris doctrinae hoc opusculum contineat, id potissimùm fratri meo Joanni Wordsworth, M. A. Collegii S. S. Trin. apud Cant. Socio, Viro in his artibus, si quis alius, inter principes numerando, acceptum et ego gratissimè refero, et lectores mei, velim, referant.

C. W.

*Ventae Belgarum,*
*Mens. Jan.* 1839.

# PRAEFATIO

## SECUNDAE EDITIONIS.

Prodit maturiùs, quàm sperâram, repetita hujus Grammaticae editio. Itaque cùm multa praeteritus annus mihi quidem tulit luctuosissima, hoc felicitèr accidisse fateor, quod opella haec nostra idoneis judicibus se quodammodo probaverit; et eo nomine Magistris Informatoribus, imprimis Harroviensi, Rugbaeo, Vintoniensi, qui libellum discipulis suis ediscendum tradiderint, gratias habeo, agoque maximas; non quasi ex hôc doctissimorum Virorum testimonio mihimet ipsi gloriolae aliquid aucupari velim; sed quia Scholasticarum artium studia, si liceat, promovere, id mihi profectò laboris est praemium et gratissimum, et amplissimum. Interim nonnulla mutavi, addidi, correxi, prout, vel meo vel amicorum judicio, res postulabat; idem libentissimè facturus, si quandò Viri Docti vel doctrinae suae vel experientiae fructus mecum communicaverint.

C. W.

*Ventae Belgarum,*
*Mens. Jan.* 1840.

# PRAEFATIO

## SEXTAE-DECIMAE EDITIONIS.

In hâc sextâ-decimâ Editione Declinationes Substantivorum in tres tantùm conclusae sunt; Declinationibus Contractorum sub tertiam redactis, et in quinque *formulas*, quae nunc vocantur, (nomine scilicet mutatas, re easdem) divisis.

Ut ex pristinâ methodo in hâc re decederetur, effecit sententia et auctoritas Virorum Doctissimorum qui Scholis novem Publicis, in Angliâ primariis, Informatorum loco praesidentes, quod discipulis suis commodius judicabant, jure optimo videbantur praescribere.

Quaedam etiam minora subinde in libello corriguntur, supplentur: caetera manent immutata. Totum autem opus prodit, uti spero, emendatius, ne dicam perfectius, cùm alias ob causas tùm praecipuè quòd Vir Eruditissimus, Britanniarum Porsonus alter, Gulielmus Veitch, chartulas e prelo missas inspicere, et si quid erratum deprehendisset notare, pro humanitate suâ dignatus sit.

C. W.

*Perthae apud Scotos,*
*Mens. Jul.* 1867.

# TABULA RERUM.

## I. ELEMENTA VOCUM.



## II. DECLINATIO VOCUM.



## III. DERIVATIO VOCUM.



## APPENDIX.

# TABULA EXEMPLORUM.

## EXEMPLA SUBSTANTIVORUM.

Declinationis

- Primae, *ταμίας, κριτὴς, μοῦσα, τιμὴ, φιλία, ἡμέρα:*
- Secundae, *λόγος, ξύλον; Contractae, νόος, ὀστέον;*
  *Atticae, λεὼς, ἀνώγεων.*
- Tertiae *Simplicis, σῶμα,* Τιτὰν.
- ——— *Contractae* secundum quinque formulas:
  1. Δημοσθένης, τεῖχος
  2. πόλις, πῆχυς, σίναπι, ἄστυ
  3. βασιλεὺς
  4. αἰδὼς, φειδὼ
  5. κέρας.

## EXEMPLA ADJECTIVORUM.

Classis

- Primae, (*a*) καλὸς, δίκαιος, ἐχθρὸς (*b*) χαρίεις (*c*) ὀξὺς
- Secundae, (*a*) ἀθάνατος (*b*) ἀληθὴς (*c*) εὔχαρις
  (*d*) ἄρσην (*e*) σώφρων (*f*) εὔνους
  (*g*) δίπηχυς (*h*) ἵλεως
- Tertiae, πένης.

## EXEMPLA VERBORUM IN Ω.

Conjugationis

- Primae, τέρπω, λείβω, γράφω, τύπτω
- Secundae, πλέκω, λέγω, βρέχω, τάσσω, -ττω
- Tertiae, ἀνύτω, ἐρείδω, πείθω, φράζω
- Quartae, ἀγγέλλω, νέμω, κρίνω, σπείρω
- Quintae,
  - Non-Contractae, τίω, παύω
  - Contractae, τιμάω, φιλέω, χρυσόω.

## EXEMPLA VERBORUM IN MI.

Form.

- Primae, ἵστημι
- Secundae, τίθημι

Form.

- Tertiae, δίδωμι
- Quartae, δείκνυμι.

## *MONITUM.*

*Partes libri, quae majoribus typis impressae sunt, utpote Principia Grammaticae continentes, plerasque edisci priùs volumus, quàm ad ceteras, minore descriptas formulâ, accedatur.*

*Asteriscum (*) Verborum formis inusitatis, et, quas vocant, Radicibus, praefigi jussimus.*

# RUDIMENTA GRAECAE GRAMMATICAE.

## *ELEMENTA VOCUM.*

### LITERAE.

§ 1. Literae apud Graecos sunt viginti quatuor.

| Figura.† | Nomen. | | Potestas. |
|---|---|---|---|
| Α α | *ἄλφα* | Alpha | a |
| Β β | *βῆτα* | Beta | b |
| Γ γ | *γάμμα* | Gamma | g |
| Δ δ | *δέλτα* | Delta | d |
| Ε ε | *ἒ ψῑλόν* | Epsīlon | e breve |
| Ζ ζ | *ζῆτα* | Zēta | z |
| Η η | *ἦτα* | E¯ta | e longum |
| Θ θ | *θῆτα* | Thēta | th |
| Ι ι | *ἰῶτα* | Iōta | i |
| Κ κ | *κάππα* | Kappa | k, c |
| Λ λ | *λάμβδα* | Lambda | l |
| Μ μ | *μῦ* | Mu | m |
| Ν ν | *νῦ* | Nu | n |
| Ξ ξ | *ξῖ* | Xi | x |
| Ο ο | *ὂ μῑκρόν* | Omīcron | o parvum |
| Π π | *πῖ* | Pi | p |
| Ρ ρ | *ῥῶ* | Rho | r, rh |
| Σ σ ς | *σίγμα* | Sigma | s |
| Τ τ | *ταῦ* | Tau | t |
| Υ υ | *ῦ ψῑλόν* | Upsīlon | u, y |
| Φ φ | *φῖ* | Phi | ph |
| Χ χ | *χῖ* | Chi | ch |
| Ψ ψ | *ψῖ* | Psi | ps |
| Ω ω | *ὦ μέγα* | Omĕga | o magnum |

(*a*.) Solum *Σίγμα* duas habet formas minores σ ς, quarum illa in initio et medio, haec in fine vocis usurpari solet, ut in *σοφιστὴς sophista*.

† Literarum nexus et contractiones, quales sunt ȣ pro ου, ϛ pro στ, vide in Appendice, cap. 1.

(*b.*) Litera γ ante γ, κ, χ, ξ, tanquam ν pronuntiatur; ut in ἄγγελος *an*g*elus*, συγκοπὴ *Syn*c*ope*, Ἀγχίσης *An*c*hises*, Σφὶγξ *Sphin*x.

(*c.*) Syllaba τι ante vocalem, ut in Γαλατία *Galatia*, contra morem Latinè legendi semper sine sibilatione pronuntiatur.

Obs. 1. Veteribus Graecis literae fuerunt tantùm sedecim numero α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ quas *in Graeciam intulisse e Phoenice Cadmum* testis est, post Herodotum 5. 58, 59, Plinius H. N. vii. 56; idque ex earum formâ, ordine, ac nominibus verisimillimum videtur. Posteà ab aliis ac praesertim a Simonide (nam de Palamede et Epicharmo testimonia minùs constant) adjectae sunt θ φ χ—ζ ξ ψ—η ω; quae tamen non tam nova literarum elementa sunt habenda, quàm ex antiquioribus simplicioribusque signis composita; literae enim θ φ χ, quae dicuntur *aspiratae*, ex literis tenuibus τ π κ, adjectâ aspiratione, sunt formatae; tum *duplices* ζ ξ ψ ex aliquâ mutarum cum σ compositae; denique *vocales* η ω non aliam potestatem habent quàm productae literae ε ο (Lennep. Anal. p. 30. Conf. Plat. Cratyl. § 91, 114); unde verisimile est harum omnium vim anteà in pronuntiatione exstitisse (Bent. Phal. p. 241). His accedat *aspirationis* signum, quod antiquiores Graeci, planè ut Latini Graecos imitati, formâ H (eàdem scilicet quae posteà literae vicem gessit) expresserunt. Ceterùm recentiores octo literae primum in Ioniâ, ac praecipuè Samo, usurpatae, peragratâ dehinc Graeciâ, postremò tandem apud Atticos auctoritate publicâ receptae sunt, Archonte Euclide, A. C. 403: unde viginti quatuor literae, (hoc est, totum Alphabetum,) τὰ Ἰωνικὰ γράμματα, antiquiores verò sedecim τὰ Ἀττικὰ, distinctionis causâ appellatae sunt. Quod verò hodie in Homero, caeterisque antiquissimis Scriptoribus, qui priùs floruerunt quàm plenus hic literarum ordo repertus est, eandem orthographiam, quam in recentiorum Graecorum scriptis, invenimus, id Grammaticis tribuendum est, qui jam olim veterum Poëtarum opera refinxerunt ad eam scribendi legem, quae ipsorum temporibus vigeret. Lennep. Anal. p. 34.

Obs. 2. In antiquissimâ linguâ tria alia elementa exstiterunt, quae inusitata posteà, a Grammaticis dumtaxat inter signa numeralia (ἐπισήμων nomine) recensentur: haec sunt 1. Ϝ, Βαῦ, *Vau*, sive, ut a Grammaticis propter formam appellatum est, *Digamma*, addito cognomine *Aeolicum*, quòd Aeolibus diutiùs quàm ceteris in usu perstitit. Etiam Homeri aetate nondum interierat, et in ejus carminibus rectè constitutis suum locum jure vindicat. Idem apud Latinos ferè per V exprimitur; ut in Ϝέλεα *Velia*, *αἰών aevum*, Ϝὶς *vis*. 2. Ϙ Κόππα. 3. ϡ Σαμπῖ, vide § 36.

Literae sunt vel Vocales, vel Consonantes.

§ 2. Vocales sunt septem; *α ε η ι ο υ ω*: quarum

| | | |
|---|---|---|
| breves | sunt ε ο, ut | *χαῖρĕ salve, πόνŏς labor.* |
| longae | — η ω, ut | *τιμῆ honor, τύπτω̄ verbero.* |
| ancipites | — α ι υ, ut | *σῶμᾰ corpus, ἡμέρᾱ dies, μέλῐ mel, κρηπῖς fundus, γλυκῠ dulce, ὄμνῡ jura.* |

Ex his vocalibus ita conjunctis, ut *ι* vel *υ* semper posteriores sint, Diphthongi Propriae fiunt octo; *αι, αυ, ει, ευ, οι, ου, υι, ηυ*:

| | |
|---|---|
| e quibus *αι* Latinè fit | ae, ut Φαῖδρος *Phaedrus.* ai, ut Μαῖα *Maia*, vel aj ut Αἴας Aj*ax.* |
| *αυ* —— | au ante consonantem, ut Γλαῦκος *Glaucus.* av ante vocalem, ut Τιμαῦος *Timavus.* |
| *ει* —— | i, ut Νεῖλος *Nilus.* e, ut Μήδεια *Medea.* |
| *ευ* —— | eu ante consonantem, ut Εὖρος Eur*us.* ev ante vocalem, ut Εὔανδρος Ev*ander.* |
| *οι* —— | oe, ut Βοιωτία *Boeotia* (rarò oj, ut Τροία, *Troja.*) |
| *ου* —— | u, ut Μοῦσα *Musa.* |
| *υι* —— | yi, ut Εἰλείθυια *Ilithyia.* (Lat. Gr. § 98. § 99.) |

His accedunt tres vocalium conjunctiones sic scriptae ᾳ, ῃ, ῳ; hoc est, cum *ι*, posteriore vocali, non ampliùs ad latus, quod olim semper fieri solebat (immò etiamnum fit ubi literis uncialibus scribitur), sed subter positâ; ut in *τῷ καλῷ honesto;* literis uncialibus ΤΩΙ ΚΑΛΩΙ: ita ut, potestate Diphthongorum salvâ, figura tamen amittatur; unde Impropriae Diphthongi appellatae sunt.

Obs. 1. Nimirum litera *ι* cum a recentiorum linguis in illâ sede, hoc est, post longam vocalem, vix pronuntiari posset, loco etiam cedere coacta est. Hinc Latinè a *τραγῳδὸς* antiquiùs factum est *tragoedus*, recentiùs vero a *προσῳδία*, formâ Diphthongi demùm amissâ, *Prosodia.*

Obs. 2. Nona Diphthongus *ωυ* pro *αυ* apud *Ionicos* scriptores solos reperitur; ut ἑωυτοῦ pro ἑαυτοῦ.

Vocalis, sive syllaba, dicitur pura, quam altera vocalis, vel diphthongus, proximè praecedit; ut in *σοφία sapientia α* est pura, in *δίκαιος justus ος* est pura.

§ 3. Consonantes sunt aliae Simplices, aliae Duplices sive compositae.

(*a.*) Simplices sunt quatuordecim;

1. Semivocales quinque, λ *μ ν ρ* (quae Liquidae vocantur) cum literâ *s*.

2. Mutae novem, scilicèt { Tenues *π κ τ* / Mediae *β γ δ* / Aspiratae *φ χ θ*.

Inter se cognatae sunt, ita ut invicem mutentur in Verborum et Nominum inflexionibus, (Lat. Gr. § 97.)

| | | |
|---|---|---|
| *π β φ* | quae vocantur | b soni, sive Labiales; |
| *κ γ χ* | | c soni, sive Gutturales; |
| *τ δ θ* | | d soni, sive Linguales. |

(*b.*) Duplices sunt tres, *ζ ξ ψ*; quae ex aliquâ Mutarum cum *s* componuntur; nempe *ζ* ex *δs* vel *σδ*;—*ξ* ex *κs* (*γs* vel *χs*);—*ψ* ex *πs* (*βs* vel *φs*). *ζ* praetereà nascitur interdùm ex *γ χ γγ* cum *s* compositis. Conf. § 47. *c.*

Obs. 1. Scilicèt—(quod imprimis notandum est in nominum ac verborum inflexione, Conf. § 21. *b.*)—

*p* sonus cum sequente *s* fit *ψ*; ut
*λαῖλαψ* (*πs*) Gen. *-πος*; *χάλυψ* (*βs*) *-βος*; *κατῆλιψs* (*φs*) *-φος*:
*βλέψω* (*πσ*) Fut. a *βλέπω*; *τρίψω* (*βσ*) a *τρίβω*; *γράψω* (*φσ*) a *γράφω*:

*k* sonus cum sequente *s* fit *ξ*; ut
*κόραξ* (*κs*) Gen. *-κος*; *πτέρυξ* (*γs*) *-γ-s*; *ὄνυξ* (*χs*) *-χος*:
*πλέξω* (*κσ*) Fut. a *πλέκω*; *λέξω* (*γσ*) a *λέγω*; *βρέξω* (*χσ*) a *βρέχω*:

*t* sonus, sequente *s*, plerumque ejicitur; ut
*πένης* (*τs*) Gen. *-τος*; *ἔρις* (*δs*) *-δος*; *κόρυς* (*θs*) *-θος*:
*ἀνύσω* (*τσ*) ab *ἀνύτω*; *ἐρείσω* (*δσ*) ab *ἐρείδω*; *πείσω* (*θσ*) a *πείθω*:

sed aliquando δ cum *s* vel sequente, vel praeeunte, fit *ζ*; ut
* *φράδσω* fit *φράζω*; *κωμάσδω* fit *κωμάζω*; Ἀθήνασδε fit Ἀθήναζε.

Obs. 2. *Aeoles* ac *Dores* Duplicium usu abstinebant; scilicèt scribebant *μελίσδεται*, non *μελίζεται*; *κσένος*, non *ξένος*; Πέλοπs, non Πέλοψ.

Literae variè inter se permutantur, vel ex Euphoniae legibus (vide Append. cap. 2), vel ex usu Dialectorum.

Obs. *Poëtae* etiam, metri causâ, transponebant literas, quam licentiam Metathesin vocant Grammatici, ut *κραδίη* *Ep.* pro *καρδία*, *cor*; *ἔπραθον* pro *ἔπαρθον* a *πέρθω*, *vasto*. Conf. § 84.

# DIALECTI.

§ 4. Dialecti, sive loquendi varietates praecipuae, sunt quatuor; tres, pro numero praecipuarum Graeciae gentium, viz. Dorica, Aeolica, et Ionica; ex Ionicâ deinde quarta profluxit, cognomine Attica, utpote ab Atheniensibus Ionicae stirpis usurpata. Nam prisca quidem Hellenica oratio, ante harum gentium originem, qualis fuerit, hodiè non licet conjecturam facere, nisi ex reliquiis antiquissimorum Poëtarum, praesertim Homeri et Hesiodi, qui hanc Dialectorum divisionem aetate praecesserunt: unde vetustior illa lingua Epica, sive Homerica, appellari solet. Denique post Philippi et Alexandri tempora, vulgatior jam lingua atque adeò corruptior facta, in quintam quasi dialectum, vel potiùs novam universi sermonis speciem transiit; quae ex recentiori Atticismo, cum vocibus tralatitiis, praesertim Macedonicis et Alexandrinis, commixto originem nacta, dialectus Communis (ἡ κοινὴ), *Macedonica*, sive *Alexandrina* vocata est.

Obs. 1. Hinc Grammaticos, qui idiomata Homerica alia ad aliam Dialectum referant, anachronismo uti apparet. Nimirùm, cùm ita loquuntur, id agunt, ut varietates Epicae dictionis insigniores faciliùs distinguant, indito unicuique nomine ejus Dialecti, quae illam posteà praecipuè retinuisset.

Obs. 2. Ex his quatuor Dialectis, *Dorica* asperitate et πλατειασμῷ, sive usu literae α productae, insignis est. Huic *Aeolica*, etsi cultior, affinis: cujus linguae, ut ait *Quintil. 6. sermo Latinus est simillimus.* (1.) *Ionica*, mollis ac jucunda, aspirationem rejicit; Hiatûs patientissima, vocalium contractionibus abstinet, diphthongos resolvit; η ferè ponit, ubi Dores α. Contrà *Attica*, omnium purissima, contractionibus imprimis gaudet. Harum cujusque varietas insignior suo quaeque in loco reperietur: conspectum universarum adjecimus in Appendice, cap. 3.

Ceterùm Doricâ usi sunt *Pindarus*, et *Bucolici Poëtae*; Aeolicâ *Poëtae Lyrici*; Ionicâ *Herodotus*, *Hippocrates*; Atticâ *Thucydides*, *Xenophon*, *Plato*, *Oratores*, et *Poëtae Scenici*; praeterquam in melicis, ubi Doricas quasdam formulas admiscuerunt.—*Scriptores Novi Testamenti* et *Veteris*, quos vocant, *Septuaginta Interpretes* Communi, sive Alexandrinâ dialecto scripserunt; et Ἑλληνισταὶ dicti sunt, ut qui alienae stirpis Graecè tamen loquerentur; lingua eorum Hellenistica appellatur.

## SPIRITUS, ACCENTUS ET PUNCTA.

Ad Graecè legendum et scribendum haec pertinent.

§ 5. Omnis vocalis et una consonans ρ in initio vocis cum Spiritu pronunciatur, quod notâ suprà eam positâ indicatur.

Spiritus duplex est, lenis et asper.

1. Lenis sic (᾽) notatur, ut in ὄρος *mons*.

2. Asper, qui eandem ac Latina litera H potestatem habet (et antiquissimis temporibus eodem modo scribebatur), sic (῾), ut in ὅρος *terminus*, ἥρως *heros*.

In diphthongis spiritus supra posteriorem vocalem ponitur; ut in εὐθυς *statim*, οἷος *qualis*.

Omnes voces incipientes ab υ vel ρ aspirantur, ut ὕδωρ *aqua*, ῥητωρ *rhetor*.

Obs. Spiritûs differentia nonnunquam pendet ex Dialectis, quarum alia quasdam voces cum aspero, alia cum leni libentiùs pronuntiabat, sic vulgo Ἀΐδης, *Atticè* Ἅιδης. Praesertim ubi fit mutatio literarum, spiritus parùm sibi constat, et saepiùs asper transit in lenem, sic ἥλιος, *Ionicè* ἠέλιος; ὑμιν, *Aeolicè* ὐμμιν. Vide plura in Appendice, cap. 4.

§ 6. Accentum etiam, sive syllabae tonum, voces ferè singulae inscriptum habent, qui supra vocales ponitur; in diphthongis autem supra vocalem posteriorem.

Accentus † duo sunt, Acutus (´), et Circumflexus (˜). Acutus autem in fine dictionis, nisi ante punctum, invertitur, sic (`).

Accentus cadere mavult in terminationem Vocis; nec usquam rejicitur a fine, si Acutus, ultra antepenultimam syllabam, si Circumflexus, ultra penultimam.

§ 7. Punctorum ratio eadem est atque in libris hodiernis, nisi quòd duo nostra colon et semicolon hôc uno signo (·) notentur; deinde quòd nota interrogationis sic (;) scribatur; exclamationis, non appingatur.

† Accentûs regulas vide in Appendice, cap. 5.

## ELISIO, SYNAERESIS, CRASIS, &c.

Oratio Graeca, imprimis Atticorum, abhorret ab Hiatu, hoc est, concursu vocalium, praesertim in carminibus. Hinc vocalium concurrentium saepiùs vel alteram elidunt, vel ambas in unam contrahunt, atque adeò miscent, vel denique consonantem ν interponunt.

§ 8. Elisio per Apostrophum (') notatur; ut κατ' αὐτὸν, pro κατὰ αὐτὸν *secundum eum.*

Si vocalis, quae Elisionem facit, aspiratur, mutatur tenuis praecedens in aspiratam; ut ἀφ' ἡμῶν pro ἀπὸ ἡμῶν *a nobis.*

Obs. Praeterquam apud *Ionas*, qui tenuem retinent; ut ἀπ' ἡμέων.

§ 9. Synaeresis,* sive Contractio, fit cùm in eâdem voce duae syllabae in unam contrahuntur; vel immutatis vocalibus, ut τείχεϊ, τείχει *muro*, ἠχόϊ, ἠχοῖ *sono*; vel mutatâ vocali alterâ aut utrâque, ut τριήρεες, τριήρεις *triremes*, ἄστεα, ἄστη *urbes*; vel alterâ ejectâ, ut φιλέω, φιλῶ *amo*, βότρυες, βότρυς *racemi*, δήϊος, δῇος *hostilis*.

§ 10. Crasis,† sive Mixtura, (cujus signum, Coronis appellatum, idem est ac spiritûs lenis,) fit cum in diversis vocibus duae syllabae per contractionem vocalium ita coëunt, ut syllaba una longa, una vox efficiatur; ut καὶ ἔλεγον per Crasin κἄλεγον *et dicebant*; ὁ αὐτὸς, ὠὐτὸς *idem*; τοὶ ἄρα, τᾶρα *tamen certe*; ἐγὼ οἶδα, ἐγῷδα *ego novi*.

Si Crasis fit cum aspiratâ vocali, praecedente tenui, tenuis in aspiratam suam mutatur; ut καὶ ἕτερος, χᾶτερος *et alter*; ὅτου ἕνεκα, ὁθούνεκα *quòd*.

Obs. 1. *Iones* tamen tenuem retinent; ut τοὔνεκα.

Obs. 2. Alterum genus est Craseos apud *Poëtas*, nomine Synizesis, quod fit ubi duae syllabae vel singularum vocum vel binarum continentium, specie quidem neque *contractae* neque *mixtae*, ita tamen pronuntiando coalescant, ut pro unâ syllabâ habeantur; ut θεοὶ, μὴ οὐ pro monosyllabis, πόλεως, ἐπεὶ οὐ pro dissyllabis.

---

* Contractionis conspectum vide in Appendice, cap. 6.

† Craseos conspectum vide in Appendice, cap. 7.

§ 11. Dativis pluralibus, et tertiis personis Verborum in ι vel ε desinentibus, necnon Adverbiis quibusdam, si vocalis vel diphthongus sequatur, frequentissimè ν additur (quod inde *παραγωγικὸν*, sive *ἐφελκυστικὸν* vocatur); ut, *λέουσιν ἐκείνοις leonibus illis; ἔτυπτεν αὐτὸν verberabat eum.*

Obs. Et apud *Poëtas*, metri gratiâ, etiam ubi consonans sequitur; ut *ἐπέκλωσεν θεὰ ἔριν*, Eurip. Orest. 12.

## *PARTES ORATIONIS.*

### 1. Nomen.

| Substantivum cum Pronominibus Substantivis. | Adjectivum cum Articulo, Pronominibus Adjectivis, et Participiis Verborum. |
|---|---|

### 2. Verbum.

### 3. Particulae.

| Conjunctio. | Praepositio. | Adverbium. | Interjectio. |
|---|---|---|---|

## *DECLINATIO VOCUM.*

## NOMEN.

§ 12. Nomina, sive Substantiva, sive Adjectiva, eandem ferè sequuntur normam Declinationis.

Numeri sunt tres, Singularis, Dualis, et Pluralis.

Casus sunt quinque, Nominativus, Vocativus, Accusativus, Genitivus, Dativus; e quibus Nominativum rectum, ceteros obliquos appellamus.

Genera sunt tria, Masculinum, Femininum, Neutrum.

### *Regulae Generales.*

Neutra omnia similes habent Nominativum, Vocativum, et Accusativum per omnes Numeros.

Genitivus Pluralis semper desinit in *ων*.

Dativus Singularis semper desinit in *ι*, quod tamen plerumque subscribi solet.

Obs. Necnon Dativus Pluralis olim semper exiit in *ι*; siquidem terminationes *αις*, *οις* vi Apocopes factae sunt pro *αισι*, *οισι*; quae formae in *Atticâ* prosâ perrarò, in *Ionicâ*, et apud *Poëtas omnium Dialectorum*, non infrequentèr reperiuntur.

## ARTICULUS.

§ 13. Articulus est ὁ, ἡ, τὸ (*the*), qui sic declinatur;

| | *Sing.* | | | *Dual.* | | | *Plural.* | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| | M. | F. | N. | M. | F. | N. | M. | F. | N. |
| N. | ὁ | ἡ | τὸ | | N. A. | | οἱ | αἱ | τὰ |
| A. | τὸν | τὴν | τὸ | τὼ | τὰ | τὼ | τοὺς | τὰς | τὰ |
| G. | τοῦ | τῆς | τοῦ | | G. D. | | τῶν | τῶν | τῶν |
| D. | τῷ | τῇ | τῷ | τοῖν | ταῖν | τοῖν | τοῖς | ταῖς | τοῖς. |

Obs. 1. Articulus in priscâ linguâ Pronominis potiùs quàm Articuli partes gerebat, et hic ejus usus apud Homerum constans est. Conf. § 37. *a. Obs.*

Obs. 2. Dialecti. Masculinum et Neutrum genus sequuntur varietates secundae declinationis, Femininum primae: quibus adde Gen. τεῦ *Ep.* pro τοῦ; Plur. Nom. τοί, ταί *Ep.* et *Dor.* pro οἱ, αἱ. Dualis apud *Atticos* interdùm caret Feminino genere. Conf. οὗτος. p. 35.

## § 14. NOMINA SUBSTANTIVA.

Declinationes Substantivorum sunt tres; quarum duae priores sunt parisyllabicae, hoc est, *non crescunt Genitivo;* tertia verò imparisyllabica, hoc est, *Genitivo crescit.*

### § 15. Prima Declinatio.

Prima Declinatio quatuor habet terminationes; *ας* et *ης* generis masculini, ut ὁ ταμίας *dispensator*, ὁ κριτὴς *judex;* et *α* et *η* feminini generis, ut ἡ μοῦσα *musa*, ἡ τιμὴ *honor*.

| *Sing.* | *Dual.* | *Plural.* |
|---|---|---|
| N. ταμίας | N.V.A. ταμίᾱ | N. ταμίαι |
| V. ταμίᾱ | G.D. ταμίαιν | V. ταμίαι |
| A. ταμίᾱν | | A. ταμίᾱς |
| G. ταμίου | | G. ταμιῶν |
| D. ταμίᾳ | | D. ταμίαις. |

| *Sing.* | *Dual.* | *Plural.* |
|---|---|---|
| N. κριτὴς | N.V.A. κριτὰ | N. κριταὶ |
| V. κριτᾰ | G.D. κριταῖν | V. κριταὶ |
| A. κριτὴν | | A. κριτὰς |
| G. κριτοῦ | | G. κριτῶν |
| D. κριτῇ | | D. κριταῖς. |

Obs. 1. Quaedam nomina in *ης* Vocativum formant per *η*, non per *ᾰ*; ut, ὦ 'Ατρείδη *O Atride!* Et nonnulla per *η* et *α*; ut ὦ 'Ερμῆ vel -ᾶ *O Mercurî!* Hinc apud *Horatium* leguntur '*Atridē*' et '*Atridă*.'

*Sing.* N.V. μοῦσᾰ A. μοῦσᾰν G. μούσης D. μούσῃ.
N.V. τιμὴ A. τιμὴν G. τιμῆς D. τιμῇ.

Dualis et Pluralis sequuntur formas masculinas.

§ 16. Quòd si *α* finalis nominum femininorum vocalem vel *ρ* praeeuntem habeat, servatur *α* per omnes casus

Singulares; sin minus, in Genitivo et Dativo fit inflexio per η; ut ἡ φιλία *amicitia;* ἡ ἡμέρα *dies.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Sing.* | N.V. φιλία | A. φιλίαν | G. φιλίας | D. φιλίᾳ. |
| | N.V. ἡμέρα | A. ἡμέραν | G. ἡμέρας | D. ἡμέρᾳ. |

Excipe μνᾶ *mina,* μνᾶς; Ἀθηνᾶ *Minerva,* -νᾶς; quippe quae contrahantur a μνάα, Ἀθηνάα; et quaedam Nomina Propria, ut Λήδα, Ἀνδρομέδα.

Obs. Dialecti. *Iones* ᾱ (rarius ᾰ) per omnes casus Singulares hujus declinationis in η mutare amant; ut νεηνίης pro -ας, *juvenis,* -ῃ, -ην; φιλίη -ης, -ῃ, -ην. *Dores* e contrario η in α; ut δεσπότας *magister,* pro -της; τιμὰ, ᾶς, -ᾷ, -ὰν.

Quae sequuntur in singulari ad masculinas tantùm formas pertinent:—

| Sing. | Nom. | Acc. | Gen. | Plur. | Acc. | Gen. | Dat. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *Ep.* | | | ᾱο, ω | *Ep.* | | αων | αισι |
| *Ion.* | | εα | εω | *Ion.* | εας | εων | ῃσι, ῃς |
| *Dor.* | | | ᾱ | *Dor.* | ᾰς | ᾶν | |
| *Aeol.* | ᾰ pro ης | | | *Aeol.* | αις. | | |

Ex *Aeolico* Nominativo in ᾰ pro ης fluxere Latina illa *Poëta, Propheta, Nauta* et similia. Conf. § 4. *Obs.* 2.

## § 17. Secunda Declinatio.

Secunda Declinatio duas habet terminationes ος et ον; ος masculini, feminini, et communis generis; ut ὁ λόγος *sermo,* ἡ νόσος *morbus,* ὁ καὶ ἡ θεὸς *Deus* vel *Dea;* et ον neutrius; ut τὸ ξύλον *lignum.*

| *Sing.* | *Dual.* | *Plural.* |
|---|---|---|
| N. λόγος | N.V.A. λόγω | N. V. λόγοι |
| V. λόγε | G.D. λόγοιν | A. λόγους |
| A. λόγον | | G. λόγων |
| G. λόγου | | D. λόγοις. |
| D. λόγῳ | | |

| *Sing.* | *Dual.* | *Plural.* |
|---|---|---|
| N.V.A. ξύλον | N.V.A. ξύλω | N.V.A. ξύλα |
| G. ξύλου | G.D. ξύλοιν | G. ξύλων |
| D. ξύλῳ | | D. ξύλοις. |

§ 18. Nomina in εος, εον, οος, οον, in omnibus casibus contrahuntur; ut ὁ νόος, νοῦς *mens*; τὸ ὀστέον, ὀστοῦν *os*.

| | *Sing.* | | *Sing.* |
|---|---|---|---|
| N. | νόος, νοῦς | N.V.A. | ὀστέον, -οῦν |
| V. | νόε, νοῦ | G. | ὀστέου, -οῦ |
| A. | νόον, νοῦν | D. | ὀστέῳ, -ῷ |
| G. | νόου, νοῦ | | |
| D. | νόῳ, νῷ | | |
| | *Dual.* | | *Dual.* |
| N.V.A. | νόω, νώ | N.V.A. | ὀστέω, -ώ |
| G.D. | νόοιν, νοῖν | G.D. | ὀστέοιν, -οῖν |
| | *Plural.* | | *Plural.* |
| N.V. | νόοι, νοῖ | N.V.A. | ὀστέα, -ᾶ |
| A. | νόους, νοῦς | G. | ὀστέων, -ῶν |
| G. | νόων, νῶν | D. | ὀστέοις, -οῖς. |
| D. | νόοις, νοῖς. | | |

Obs. 1. Nominum in *ος* Nominativus saepe pro Vocativo ponitur, praesertim apud *Atticos;* ut ὦ θεὸς *O Deus!* ὦ φίλος *O amice!*

Obs. 2. Huc pertinent duae Voces Hebraicae; viz. Nomen Sacro-sanctum Ἰησοῦς *Jesus*, quod facit Acc. Ἰησοῦν, Voc. Gen. et Dat. Ἰησοῦ; Σάββατον, quod habet alteram formam σάββας -ᾰτος, unde Dat. Pl. σάββασι.

Obs. 3. Quaedam sunt substantiva in *ος* quae cum in Singulari numero masculina tantùm aut feminina sunt, in Plurali vel communitèr vel universè neutra fiunt, praesertim in *Dialectico* vel *Poëtico* sermone: sic

| | | | |
|---|---|---|---|
| ὁ δεσμὸς *vinculum* | Pl. -οὶ et -ὰ | ὁ σταθμὸς *statio* | Pl. -οὶ et -ὰ |
| ὁ δρυμὸς *quercetum* | -οὶ et -ὰ | ὁ (ἡ) δίφρος *currus* | -οι et -α |
| ὁ θεσμὸς *lex* | -οὶ et -ὰ | ἡ κέλευθος *via* | -οι et -α |
| ὁ κύκλος *orbis* | -οι et -α | ὁ σῖτος *frumentum* | -α |
| ὁ λύχνος *lucerna* | -οι et -α | ὁ (ἡ) Τάρταρος *Tartarus* | -α |
| ὁ ῥύπος *sordes* | -οι et -α | | |

Contrà, unum neutrum in *ον* fit in Plurali masculinum, τὸ στάδιον *stadium;* Plur. οἱ στάδιοι et -α.

Obs. 4. Dialecti.

| | | |
|---|---|---|
| *Ep.* | Gen. *οιο.* | Dual. Gen. Dat. *οιιν.* |
| *Dor.* | — *ω.* | Plur. Ac. *ως, ος.* |
| *Ion.* | — *εω.* | Plur. (Gen. *εων*) Dat. *οισι.* vide § 12. *Obs.* |

Obs. 5. Recentiores formant νοῦς, Gen. νοὸς, πλοῦς, Gen. πλοὸς; more tertiae Declinationis. Conf. § 20. *Obs.* 2.

§ 19. Ad secundam etiam Declinationem pertinent quaedam nomina, Atticorum ferè propria, quae desinunt in ως et ων; ως masculini ac feminini generis, ut ὁ λεὼς *populus*, ἡ ἅλως *area;* et ων neutrius, ut τὸ ἀνώγεων *coenaculum.*

| *Sing.* | *Dual.* | *Plural.* |
|---|---|---|
| N.V. λεὼς | N.V.A. λεὼ | N.V. λεῴ |
| A. λεὼν | G.D. λεῷν | A. λεὼς |
| G. λεὼ | | G. λεῶν |
| D. λεῷ | | D. λεῷς. |

| *Sing.* | *Dual.* | *Plural.* |
|---|---|---|
| N.V.A. ἀνώγεων | N.V.A. ἀνώγεω | N.V.A. ἀνώγεῳ |
| G. ἀνώγεω | G.D. ἀνώγεῳν | G. ἀνώγεων |
| D. ἀνώγεῳ | | D. ἀνώγεῳς. |

Obs. 1. Exempla hujusmodi Nominum, *Atticè* formata, sunt

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ὁ λεὼς *populus Att.* pro λᾱὸς | | ὁ κάλως *rudens Att.* pro κάλος | | |
| ὁ νεὼς *templum* | —— νᾱὸς | ἡ ἕως *aurora* | —— | ἠὼς |
| ὁ Τυνδάρεως | —— Τυνδάρεος | ὁ Ἀμφιάρεως | —— | Ἀμφιάραος: |

Item Adjectiva

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ἵλεως *propitius* | —— ἵλᾱος | πλέως *plenus* | —— | πλέος |
| ἀγήρως *senii expers* | —— ἀγήραος | εὔγεως *fertilis* | —— | εὔγειος |
| εὐκέρως *benè cornutus* | —— εὐκέραος | ἀνώγεως *supraterrenus* | — | ἀνώγαιος, |

unde τὸ ἀνώγεων, quod reverà adjectivum est, subintellectà voce οἴκημα.

Obs. 2. Quaedam etiam nomina in ως, vulgò imparisyllabica, *Atticam* inflexionem in quibusdam casibus Singularibus admittunt; sic

| | |
|---|---|
| ἡ ἅλως *area*, -ωος et -ω | ὁ μήτρως *avunculus*, -ωος et -ω |
| ὁ Μίνως *Minos*, -ωος et -ω | ὁ πάτρως *patruus*, -ωος et -ω |
| ὁ τυφὼς *turbo*, -ῶνος et -ῶ | ὁ γέλως *risus*, -ωτα et -ων |

ἱδρὼς *sudor* -ῶτος, apud *Homerum* facit Dat. ἱδρῷ, Acc. ἱδρῶ.

Item Adjectivum φιλόγελως *risus amans* habet -ωτος et -ω.

Obs. 3. Nonnulla interdum ν Accusativi abjiciunt, praesertim Nomina Propria; ut τὴν Κῶ, τὴν Τέω, τὴν ἅλω, τὴν ἕω.—Idem faciunt Adjectiva in neutro genere posita et in *Nominativo* et *Accusativo;* ut τὸ ἀγήρω, τὸ ἐπίπλεω.

Obs. 4. *Epic.* Gen. desinit in ωο; ut Πηνέλεως, -ωο.

## § 20. Tertia Declinatio.

Tertia Declinatio, imparisyllabica, complures habet terminationes, quarum tres, α, ι, υ, generis neutrius sunt; ut τὸ σῶμα *corpus;* reliquae pleraeque aut masculini aut feminini; ut ὁ Τιτὰν *Titan*, ἡ χεὶρ *manus*.

Obs. Olim una tantùm hujus declinationis terminatio fuisse videtur, nempe litera *s* post consonantes ferè omnes et plerasque vocales; quae litera Nominativum constituit, et *o* ante eam immissa Genitivum: σῶμα nimirùm primitùs fuerit σωματς; μέλι, μελιτς *mel;* γόνυ, γονυτς vel γονατς *genu;* τιτὰν, τιτανς; μάρτυρ, μαρτυρς *testis;* νὺξ, νυκτς *nox;* φλὲψ, φλεβς *vena*. Hinc in quibusdam nominibus duplex terminatio orta est; ut ῥὶς et ῥὶν *naris*, ἀκτὶς et -ὶν *jubar*, δελφὶς et -ὶν *delphin*.

| *Sing.* | | *Dual.* | | *Plural.* | |
|---|---|---|---|---|---|
| N.V.A. | σῶμα | N.V.A. | σώματε | N.V.A. | σώματα |
| G. | σώματος | G.D. | σωμάτοιν | G. | σωμάτων |
| D. | σώματι | | | D. | σώμασι. |

| *Sing.* | | *Dual.* | | *Plural.* | |
|---|---|---|---|---|---|
| N.V. | Τιτὰν | N.V.A. | Τιτᾶνε | N.V. | Τιτᾶνες |
| A. | Τιτᾶνα | G.D. | Τιτάνοιν | A. | Τιτᾶνας |
| G. | Τιτᾶνος | | | G. | Τιτάνων |
| D. | Τιτᾶνι | | | D. | Τιτᾶσι. |

Obs. 1. Vox anomala ἡ ναῦς *navis* sic declinatur;

| *Sing.* | Ion. | Att. | *Dual.* | Ion. | Att. | *Plural.* | Ion. | Att. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| N. | νηῦς | ναῦς | N.V.A. | νῆε | | N. | νῆες | |
| V. | νηῦ | ναῦ | G.D. | | νεοῖν | V. | νῆες | |
| A. | νῆα | ναῦν | | | | A. | νῆας | ναῦς |
| G. | νηὸς | νεὼς | | | | G. | νηῶν | νεῶν |
| D. | νηΐ | | | | | D. | νηυσὶ | ναυσὶ. |

Reliquae formationes sunt,

*Ep.* S. νηῦς, νέα, νεὸς. Pl. νέες, νέας, νεῶν, νή- et νέ-εσσι.
*Dor.* ναῦς, ναῦν, νᾱὸς, ναΐ. νᾶες, νᾶας, νᾱῶν, ναυσί et νάεσσι.

Apud *Tragicos* etiam Doricae formae G. ναὸς, D. ναΐ reperiuntur: apud Herodotum *Epicae* tantum nisi in Dativo Sing. et Plur.

Obs. 2. Eodem modo, quo ναῦς, declinatur γραῦς *anus*, *Ionicè* γρηῦς; Nom. Plur. γρᾶες vel γρῆες; βοῦς, Gen. βοὸς et *Poët.* βοῦ, Nom. Plur. βόες: χόος, χοῦς *cumulus*, Gen. χοός; sic etiam χόος, χοῦς *congius*, Acc. χοῦν et χοᾶ, Gen. χοός et χοῶς, Dat. χοΐ. Conf. § 18. *Obs.* 5.

## Regulae Tertiae Declinationis.

§ 21. Genitivus hujus Declinationis ferè formatur addendo *τος*, si nomen in vocalem desinit; ut *σῶμα -ατος*, si in consonantem, *ος*; ut Τιτὰν -ᾶνος. Sed etiam post consonantem *ν* saepè subjicitur *τος*, ut Ξενοφῶν *Xenophon*, -ῶντος. In plerisque autem ulteriùs fit mutatio:

(*a.*) Nomina, quae desinunt in *ς*, vel omninò *ς* abjiciunt; ut ἥρως *heros*, ἥρωος; vel ejus vice assumunt

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| nonnulla | *τ* | ut χάρις | *gratia* | Gen. | χάριτος |
| alia | *δ* | ut ἐλπὶς | *spes* | — | ἐλπίδος |
| alia | *θ* | ut ὄρνις | *avis* | — | ὄρνῑθος |
| alia | *ν* | ut Σαλαμὶς | *Salamis* | — | Σαλαμῖνος: |

et, post *ν* addito *τος*; ut ἱμὰς *habena*, ἱμάντος.

(*b.*) Quae desinunt in *ξ*, *ψ*, hoc est *κς*, *γς*, *χς* vel *πς*, *βς*, *φς*, semper abjiciunt *ς*; ut

| | |
|---|---|
| κόραξ(κς) *corvus*, -ακος | λαῖλαψ(πς) *procella*, -απος |
| πτέρυξ(γς) *penna*, -υγος | χάλυψ(βς) *ferrum*, -υβος |
| ὄνυξ(χς) *ungula*, -υχος | κατῆλιψ(φς) *scala*, -ιφος. |

Ex his duo addunt *τος*; scilicet νὺξ(κς) *nox*, νυκτὸς; ἄναξ(κς) *rex*, -ακτος.

Obs. Θρὶξ *coma* facit genitivum τριχὸς pro θριχὸς; vide p. 134. § 2. φάρυγξ *guttur*, φάρυγγος, et *Poeticè* φάρῠγος.

(*c.*) Longa vocalis in ultimâ Nominativi posita, in penultimâ Genitivi mutatur in cognatam brevem; ut

ποιμὴν *pastor*, -ένος; ῥήτωρ *rhetor*, -ορος:

et, post *ν* addito *τος*; ut γέρων *senex*, -οντος.

Excipiuntur autem multa, praesertim monosyllaba, quae vocalem longam retinent; ut

θὴρ *fera*, θηρὸς; ἀγὼν *certamen*, -ῶνος.

Obs. 1. Quaedam in *ων* interdùm apud *Poëtas* ambabus formis *ονος* et *ωνος*, illâ plerùmque post longam Vocalem, hâc post brevem, utuntur; sic Κρονῑων -ονος, et Κρονῐων -ωνος; Ἀκταίων -ωνος et -ονος.

Obs. 2. Pleraque neutra in *αρ* vice *ρ* assumunt *τ*; ut, φρέαρ *puteus*, -ᾱτος, ἧπαρ *jecur*, -ᾰτος; στέαρ *sebum*, -ᾰτος, contr. στῆτος; sic Anomala ὕδωρ *aqua*, ὕδᾰτος; σκὼρ *stercus*, σκατός. Femininum δάμαρ, post *ρ* addito *τος*, facit δάμαρτος.

Obs. 3. Nomen ἀνὴρ *homo*, imparisyllabicum, mutatâ *ε* in *δ* ex Euphoniae lege (p. 135) parisyllabicè declinatur; quâ quidem declinatione *Attici*

semper utuntur; sic N. ὁ ἀνὴρ, G. ἀνέρος, ἀνδρὸς, D. ἀνέρι, ἀνδρὶ κ. τ. λ. Idem in Dativo Plurali (pro ἀνέρσι) tantum facit ἀνδράσι. Huic similia sunt tria Nomina πατὴρ *pater*, μήτηρ *mater*, θυγάτηρ *filia*, quae in Gen. et Dat. Sing. item in Dat. Plur. semper apud *Atticos* Syncopen patiuntur; sic N. ὁ πατὴρ, G. πατρὸς, D. πατρὶ κ. τ. λ.

Obs. 4. Quaedam, praesertim Nomina Propria, in ις, -ιδος, *Epicè*, *Doricè*, et *Ionicè* abjiciunt δ; ut Θέτις *Thetis*, -ιος, D. Θέτῑ; Θέμις *Justitia*, -ιος, et *Ep.* -ιστος. Conf. § 26. *Obs.* 1. δαῒς *pugna Ep.* Dat. δαΐ. Quaedam in ις purum, ut κληῒς (*Ion.*) *clavis*, *Atticè* per omnes casus contrahuntur; sic N. κληῒς, κλῇς, G. κληῒδος -ῇδος κ. τ. λ. Conf. § 30. *b. Obs.*

Obs. 5. Ex iis quae desinunt in υ, alia in Genitivo omittunt τ; ut δάκρυ *lacryma*, -υος; νᾶπυ *sinapi*, -υος; alia pro υ ante τ assumunt α; ut γόνυ *genu*, -ατος, *Ion.* γούνατος; δόρυ *hasta*, -ατος, *Ion.* δούρατος; unde per Sync. *Poëtae* usurpant G. δουρὸς, D. δουρὶ κ. τ. λ., *Attici* ex δόρατος, G. δορὸς, D. δορὶ, et rariùs δόρει.

Obs. 6. Anomala sunt

γάλα *lac*, γάλακτος tanquam a γάλαξ.

γυνὴ *mulier*, γυναικὸς, tanquam a γύναιξ.

κύων *canis*, per Syncopen κυνὸς.

κτεὶς *pecten*, et ποὺς *pes*, correptâ diphthongo, κτενὸς, ποδὸς. Sic Σιμόεις *Simois*, -εντος, more Participiorum in εις.

χεὶρ *manus*, Gen. χειρὸς, sed *Poët.* χερὸς. Conf. § 24. *Obs.* 1.

ὀδοὺς *dens* (Ion. ὀδὼν), ὀδόντος; οὖς *auris* (Dor. ὦς), ὠτὸς, *Ion.* οὔατος.

Ζεὺς Gen. *Poët.* Ζηνὸς, vulgo Διὸς a Δεὺς vel Δὶς inusitato.

κάρα *caput*, *Vox Poët.* (*Ep.* κάρη -ητος -ήᾰτος), κρᾱτὸς, D. κρατὶ et κάρᾳ.

υἱὸς *filius* triplicem Declinationem sibi vindicat; sic, praeter Gen. υἱοῦ, Dat. υἱῷ κ. τ. λ. reperiuntur *Epicae* formae G. υἷος, D. υἷι, κ. τ. λ. Dat. Plur. υἱάσι, tanquam a *υἷς;—et, A. υἱέα *Ep.* G. υἱέος *Ep.* et *Att.* D. υἱέϊ *Ep.* υἱεῖ *Ep.* et *Att.* κ. τ. λ. Dat. Plur. υἱέσι *Att.* tanquam a υἱῒς.

§ 22. Accusativus desinit in α imparisyllabicè; ut Τιτὰν, Τιτᾶνα; nisi nomen neutrius generis sit, ut τὸ πῦρ *ignis* et *ignem*. Conf. § 12.

Obs. 1. Pauca in ις et υς cum Accus. imparisyllabico in α alterum etiam habent parisyllabicum, quo *Attici* propè solo utuntur, mutando ς in ν; ut

| | | | |
|---|---|---|---|
| ἔρις *lis*, | -ιδα et -ιν | χάρις *gratia*, | -ιτα et -ιν |
| κόρυς *galea*, | -υθα et -υν | κλεὶς *clavis*, | κλεῖδα et κλεῖν. |

Quaedam etiam, praesertim monosyllaba in ις et υς, hunc solum Accusat. habent υν et ιν; ut

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| λῖς *leo*, | λῖν | μῦς *mus*, | μῦν | ἰσχὺς *vis*, | -ὺν |
| κὶς *curculio*, | κὶν | ὗς *sus*, | ὗν | ἰχθὺς *piscis*, | -ὺν |

et *recentiores Poëtae* ἰχθύα. Conf. § 20. *Obs.* 1. 2.

Obs. 2. Nonnulla in ων, -ωνος abjiciunt να in Accusativo; sic Ἀπόλλω *Apollinem*, Ποσειδῶ *Neptunum*, pro Ἀπόλλωνα κ. τ. λ. Alia in ως, -ωος abjiciunt α, ut ἥρω pro ἥρωα; sed Conf. § 19. *Obs.* 2.

§ 23. VOCATIVUS plerumque similis est Nominativo; nonnunquam tamen variatur:

(*a*.) Nomina in ηρ, ωρ et ων, quae vocalem in obliquis corripiunt, eandem retinent brevem in Vocativo; ut μήτηρ *mater*, -ερος, ὦ μῆτερ; ῥήτωρ -ορος, *rhetor*, ὦ ῥῆτορ; γέρων -οντος, *senex*, ὦ γέρον.

(*b*.) Nomina in ις et υς formant Vocativum abjiciendo ς; ut Θαΐς *Thais*, ὦ Θαΐ; βότρυς *racemus*, ὦ βότρυ.

(*c*.) Nomina in ας, Gen. αντος, formant Vocativum in αν; ut Αἴας *Ajax*, -αντος, ὦ Αἶαν; γίγᾱς *gigas*, ὦ γίγᾰν: nonnulla etiam abjiciunt ν; ut ὦ Πολυδάμᾱ *Polydamas*.

Obs. 1. Etiam horum tamen plerisque Vocativus interdùm similis est Nominativo, praesertim apud *Atticos;* sic reperiuntur

ὦ Αἴας *Ajax*, ὦ Σαλαμὶς *Salamis*, ὦ Ἐρινννὺς *Furia*.

Obs. 2. Haec tria vocalem in obliquis longam, in Vocativo tamen corripiunt; Ἀπόλλων -ωνος, ὦ Ἄπολλον; Ποσειδῶν -ῶνος, ὦ Πόσειδον: σωτὴρ -ῆρος *servator*, ὦ σῶτερ.

Obs. 3. Anomala sunt ὦ γύναι a γυνὴ *mulier:* ὦ ἄνᾰ ab ἄναξ, *rex Deus* (vel *Dea*, pro ἄνασσα). Nominativus tamen pro Vocativo non modò ad homines, sed etiam ad Deos usitatior est; ut ὦ ἄναξ, per Crasin ὦναξ.

§ 24. DATIVUS PLURALIS formatur a Dativo Singulari inserendo σ ante finalem ι; ut

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ῥήτωρ | -ορι | -ορσι | λαῖλαψ | -απι | -α(πσ)ψι |
| βότρυς | -υι | -ῠσι | κόραξ | -ακι | -α(κσ)ξι: |

et abjiciendo, ubicunque praecedunt, δ, θ, ν, τ; ut

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ἐλπὶς | -ίδι | -ίσι | Τιτὰν | -ᾶνι | -ᾶσι |
| ὄρνις | -ῑθι | -ῑσι | σῶμα | -ᾰτι | -ᾰσι. |

Sin praecedant ντ, νθ, ambae abjiciuntur, et vocalis praecedens, si sit ο, mutatur in diphthongum ου; si sit α vel ι, non mutatur quidem, sed producta servatur; ut

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| γέρων | -οντι | -ουσι | γίγας | -αντι | -ᾱσι. |

ἕλμινς *vermis* -ινθι, -ῑσι. (Conf. *Append.* cap. 2.)

Obs. 1. Χεὶρ facit in Dativo Duali χεροῖν interdùm χειροῖν, et in Dativo Plurali χερσί. Conf. § 21. *Obs.* 6.

Obs. 2. *Epica* lingua suum habet Dativum Pluralem, qui a Genitivo Singulari formatur mutando ος in εσι vel εσσι; ut ἄναξ -ακτος, Dat. Pl. ἀνάκτεσι; κύων, κυνὸς, Dat. Pl. κύνεσσι.

## FORMULAE CONTRACTIONUM IN TERTIA DECLINATIONE.

Multa Nomina quae ad hanc Declinationem pertinent, contractionem patiuntur, cujus quinque sunt formulae.

§ 25. PRIMA Contractionis formula duas habet terminationes ης et ος: ης masculini generis, et Nominum tantùm Propriorum, ut ὁ Δημοσθένης *Demosthenes;* et ος neutrius, ut τὸ τεῖχος *murus.*

| *Sing.* | | *Sing.* | |
|---|---|---|---|
| N. | Δημοσθένης | N.V.A. | τεῖχος |
| V. | Δημόσθενες | G. | τείχεος, -ους |
| A. | Δημοσθένεα, -η | D. | τείχεϊ, -ει |
| G. | Δημοσθένεος, -ους | | |
| D. | Δημοσθένεϊ, -ει. | | |
| | | *Dual.* | |
| | | N.V.A. | τείχεε, -η |
| | | G.D. | τειχέοιν, -οῖν |
| | | *Plural.* | |
| | | N.V.A. | τείχεα, -η |
| | | G. | τειχέων, -ῶν |
| | | D. | τείχεσι. |

Obs. 1. Composita a κλέος *gloria*, ut Περικλέης *Pericles*, Ἡρακλέης *Hercules*, contrahuntur etiam in Nominativo (et hác quidem forma Comici et Prosaici *Attici* constanter utuntur); quapropter in Dativo, et rariùs in Accusativo duplicem contractionem patiuntur.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| *Sing.* N. | Ἡρακλέης | -λῆς | | | |
| V. | Ἡράκλεες | -λεις | | | |
| A. | Ἡρακλέεα | -λέᾱ | -λῆ | *Ion.* | -ηα |
| G. | Ἡρακλέεος | -λέους | | *Ion.* | -εος et -ῆος |
| D. | Ἡρακλέεϊ | -λέει | -λεῖ | *Ion.* | -έϊ et -ῆι. |

Obs. 2. Nomina propria in ης, quae huc pertinent, non rarò in Accusativo utuntur etiam formá parisyllabicá, secundum primam Declinationem, in ην; ut ὁ Σωκράτης, *Acc.* Σωκράτεα -η et Σωκράτην.

§ 26. Secunda Contractionis formula quatuor habet terminationes ις, ι, υς et υ: ις et υς masculini aut feminini generis; ut ἡ πόλις *civitas*, ὁ πῆχυς *cubitus*; et ι et υ neutrius; ut τὸ σίνᾱπι *sinapi*, τὸ ἄστυ *urbs*.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | *Sing.* | | *Sing.* |
| N. | πόλις | N. | πῆχυς |
| V. | πόλῐ | V. | πῆχυ |
| A. | πόλιν | A. | πῆχυν |
| G. | πόλεως, *rar.* -εος | G. | πήχεως, *vel* -εος |
| D. | πόλεϊ, -λει | D. | πήχεϊ, -ει |
| | *Dual.* | | *Dual.* |
| N.V.A. | πόλεε | N.V.A. | πήχεε |
| G.D. | πολέοιν | G.D. | πηχέοιν |
| | *Plural.* | | *Plural.* |
| N.V. | πόλεες, -εις | N.V. | πήχεες, -εις |
| A. | πόλεας, -εις | A. | πήχεας, -εις |
| G. | πόλεων | G. | πήχεων |
| D. | πόλεσι. | D. | πήχεσι. |

| | | | |
|---|---|---|---|
| | *Sing.* | | *Sing.* |
| N.V.A. | σίνᾱπι | N.V.A. | ἄστυ |
| G. | σινάπεος, *rar.* -εως | G. | ἄστεος, *rar.* -εως |
| D. | σινάπεϊ, -ει | D. | ἄστεϊ, -ει |
| | *Dual.* | | *Dual.* |
| N.V.A. | σινάπεε | N.V.A. | ἄστεε |
| G.D. | σιναπέοιν | G.D. | ἀστέοιν |
| | *Plural.* | | *Plural.* |
| N.V.A. | σινάπεα, -η | N.V.A. | ἄστεα, -η |
| G. | σιναπέων | G. | ἀστέων |
| D. | σινάπεσι. | D. | ἄστεσι. |

Obs. 1. Nomina hujusmodi in ις *Ion.* inflectuntur per ι et *Poët.* per η: sic *Ion.* πόλις G. πόλιος D. πόλιϊ et πόλι Pl. N. πόλιες πόλῑς κ. τ. λ.
*Poët.* —— G. πόληος D. πόληϊ A. πόληα.

Obs. 2. De formis υἱέος, υἱεῖ -εῖ, κ. τ. λ., tanquam a υἱεύς, vide § 20. Obs. 6.

Obs. 3. Nomina in ις -ιος, υς -υος, quae in Singulari pertinent ad tertiam Declinationem Simplicem, contrahuntur in Plurali N. V. A.: ut

| | | |
|---|---|---|
| *πόρτις vitula* | Pl. N. V. *πόρτιες, -ῑς* | A. *πόρτιας, -ῑς* |
| *ἰχθὺς piscis* | Pl. N. V. *ἰχθύες, -ῦς* | A. *ἰχθύας, -ῦς.* |

sed *ἔγχελυς anguilla* Pl. N. (*Ion. ἐγχέλυες*) vulgò *ἐγχέλεις*, G. *-εων, κ. τ. λ.* Vox *ὄϊς ovis*, in Plur. Nom. et Acc. duplicem contractionem patitur; ut N. *ὄϊες, ὄϊς* et *οἶς*, A. *ὄϊας, οἶας* et *οἶς*.

Obs. 4. Etiam *ὄρνις avis*, G. *ὄρνῑθος*, praeter suam Declinationem habet in Sing. A. *ὄρνιν* et Pl. N. A. *ὄρνεις* vel *-ῑς*, G. *ὄρνεων*.

§ 27. Tertia Contractionis formula unam habet terminationem in *ευς* generis masculini; ut *ὁ βασιλεὺς rex.*

| *Sing.* | *Plural.* |
|---|---|
| N. *βασιλεὺς* | N. *βασιλέες, -εῖς* et *-ῆς* |
| V. *βασιλεῦ* | V. *βασιλέες, -εῖς* |
| A. *βασιλέᾱ, -ῆ* | A. *βασιλέᾱς, -εῖς* |
| G. *βασιλέος, -έως* | G. *βασιλέων* |
| D. *βασιλέϊ*, *rar.* *-εῖ* | D. *βασιλεῦσι* |

*Dual.*

N.V.A. *βασιλέε*     G.D. *βασιλέοιν.*

Obs. 1. Apud *Ionas* fit inflectio per *η*: sic G. *βασιλῆος -ῆϊ, -ῆα, κ. τ. λ.*

Obs. 2. Nomina in *ευς* purum, ut *ὁ χοεὺς congius* saepius *Atticè* contrahuntur hoc modo; Sing. N. *ὁ χοεὺς*, G. *χοέως -ῶς*, A. *χοέα -ᾶ*, Plur. G. *χοέων -ῶν*, A. *χοέας, ᾶς.*

§ 28. Quarta Contractionis formula duas habet terminationes *ως* et *ω* generis feminini; ut *ἡ αἰδὼς pudor*, *ἡ φειδὼ parsimonia.*

| *Sing.* | *Sing.* |
|---|---|
| N. *αἰδὼς* | N. *φειδὼ* |
| V. *αἰδοῖ* | V. *φειδοῖ* |
| A. *αἰδόα, -ῶ* | A. *φειδόα, -ῶ* |
| G. *αἰδόος, -οῦς* | G. *φειδόος, -οῦς* |
| D. *αἰδόϊ, -οῖ.* | D. *φειδόϊ, οῖ,* |

Hujusmodi nomina carent Duali et Plurali.

Obs. Quaedam in *ων*, *-ονος Atticè* etiam huc pertinent; ut *εἰκὼν imago*, *-όνος*, et *-οῦς*, tanquam ab *εἰκὼ*; *ἀηδὼν luscinia*, *-όνος* et *-οῦς*.

§ 29. Quinta Contractionis formula unam habet terminationem in *ας*, generis neutrius; ut *τὸ κέρας* *cornu.* Hujusmodi autem nomina partim ad simpliciter declinata pertinent.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | *Sing.* | | |
| N.V.A. | *κέρᾰς* | | |
| G. | *κέρᾱτος* | *Ion.* *κέραος* | *Att.* *κέρως* |
| D. | *κέρᾱτι* | — *κέραϊ* | — *κέρᾳ.* |
| | *Dual.* | | |
| N.V.A. | *κέρᾱτε* | — *κέραε* | — *κέρᾱ* |
| G.D. | *κεράτοιν* | — *κεράοιν* | — *κερῷν.* |
| | *Plural.* | | |
| N.V.A. | *κέρᾱτα* | — [*κέραα*] | — *κέρα* |
| G. | *κερᾱτων* | — *κεράων* | — *κερῶν* |
| D. | [*κεράτεσι*] | — *κεράεσι* | — *κέρασι.* |

Obs. 1. Sic etiam declinantur
*κρέας* *caro* -*ᾰτος*, -*ᾰος*, -*ως*, Pl. *κρεᾰτα* [-*αα*] -*ᾰ*, G. -*ᾰτων*, -*ᾰων*, -*ῶν*. *Ion.* *κρειῶν*.
*τέρας* *prodigium*, -*ᾰτος*, -*ᾰος*, sed contrahitur tantum in Plurali, ut *τέρα*.
*οὖας* *auris*, -*ᾰτος* ad simplicitèr tantùm declinata referendum.

Contra *γέρας* *praemium honoris*, -*αος*, *γῆρας* *senectus*, -*αος*, -*ως*, *δέπας* *poculum*, -*αος*, *κνέφας* *caligo*, -*αος*, -*ους*. (Conf. *Obs.* 2.). *σκέπας* *tegmen*, -*αος*, nunquam sumunt *τ*; neque (praeter *γῆρας*) contrahi solent in Genitivo. Contractum *α* in Nom. et Acc. Plur. *Poëtae* saepè corripiunt, ut *κέρᾰ*, *κρέᾰ*, *σκέπᾰ*.

Obs. 2. Apud *Ionas* in his nonnunquam *ε* pro *α* legitur; ut G. *κέρεος*, pro -*αος*, tanquam a *κέρος*. Quod etiam vulgò sequuntur haec *Poëtica*; *βρέτας* *simulacrum*, G. -*εος*, *οὖδας* *solum*, G. -*εος*, *κῶας* *vellus*, Pl. N. *κώεα*.

### Observationes Generales.

Obs. 1. Nominibus cujuscunque Declinationis apud *Epicos Poëtas* additur interdum syllaba *φι* vel *φιν* pro inflexione Genitivi et Dativi Singularis et Pluralis, ita ut

| | | |
|---|---|---|
| Parisyllabica in *η* vel *α* forment hos casus in | *ηφι* | ut *εὐνῆφι* ab *εὐνὴ* *cubile* |
| *ος* vel *ον* | *οφι* | *θεόφιν* a *θεὸς* *Deus* |
| Imparisyllabica in *ος* (Gen. *εος*) | *εσφι* | *ὄρεσφι* ab *ὄρος* *mons.* |

Obs. 2. Eodem modo syllaba *θε* vel *θεν* pro Genitivis apponitur; ut *Τροίαθε* a *Τροία* *Troja*: *οὐρανόθεν* ab *οὐρανὸς* *caelum*.

## NOMINA ADJECTIVA.

Adjectiva in tres classes dividuntur, ut apud Latinos, prout pro tribus suis generibus vel tres, vel duas, vel unam tantùm terminationem habent.

Participia ferè declinantur more Adjectivorum trium terminationum.

§ 30. Primae Classis Adjectiva sunt,

(*a.*) Desinentia in *ος, η, ον*; ut καλὸς, -ὴ, -ὸν, *honestus, -a, -um.* Quod si *ος* vocalem vel *ρ* praeeuntem habeat, fit femininum per *α*; ut δίκαιος, -ᾱ, ον, *justus, -a, -um*; ἐχθρὸς, -ᾱ, -ὸν, *inimicus, -a, -um.* (Conf. § 16.)

*Sing.*

| | M. | F. | N. | M. | F. | N. | M. | F. | N. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| N. | καλὸς, | -ὴ, | -ὸν | δίκαιος, | -α, | -ον | ἐχθρὸς, | -ὰ, | -ὸν |
| V. | καλὲ, | -ὴ, | -ὸν | δίκαιε, | -α, | -ον | ἐχθρὲ, | -ὰ, | -ὸν |
| A. | καλὸν, | -ὴν, | -ὸν | δίκαιον, | -αν, | -ον | ἐχθρὸν, | -ὰν, | -ὸν |
| G. | καλοῦ, | -ῆς, | -οῦ | δικαίου, | -ας, | -ου | ἐχθροῦ, | -ᾶς, | -οῦ |
| D. | καλῷ, | -ῇ, | -ῷ. | δικαίῳ, | -ᾳ, | -ῳ. | ἐχθρῷ, | -ᾷ, | -ῷ. |

*Dual.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| N.V.A. | —— ω, | -α, | -ω |
| G.D. | —— οιν, | -αιν, | -οιν. |

*Plural.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| N.V. | —— οι, | -αι, | -α |
| A. | —— ους, | -ας, | -α |
| G. | —— ων, | -ων, | -ων |
| D. | —— οις, | -αις | -οις. |

Obs. 1. Quaedam in *οος* desinentia, neglectâ regulâ purorum, formant femininum per *η*; ut ὄγδοος, -όη, -οον, *octavus.*

Obs. 2. Quaedam in *οος* et *εος* per omnes casus contrahuntur; ut διπλόος *duplex*, χρύσεος *aureus*, ἀργύρεος *argenteus*: sic

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sing. M. διπλόος, -οῦς | F. διπλόη, -ῆ | N. διπλόον, -οῦν | Pl. N. διπλόα, -ᾶ |
| χρύσεος, -οῦς | χρυσέα, -ῆ | χρύσεον, -οῦν | χρύσεα, -ᾶ |
| ἀργύρεος, -οῦς | ἀργυρέα, -ᾶ | ἀργύρεον, -οῦν | ἀργύρεα, -ᾶ |

ubi notanda in Singulari contractio *έα* in *ῆ*, χρυσέα, -ῆ; sin *ρ* praecedat, in ᾶ, ἀργυρέα, -ᾶ. Conf. § 27. *Obs.* 2.

Obs. 3. Dialectos Sing. Numeri vid. § 18. *Obs.* 4. Plur. § 16. *Obs.*

(*b*.) Desinentia in εις, εσσα, εν; ut χαρίεις, *gratiosus.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | *Sing.* | |
| N. | χαρίεις | χαρίεσσα | χαρίεν |
| V. | χαρίεν | χαρίεσσα | χαρίεν |
| A. | χαρίεντα | χαρίεσσαν | χαρίεν |
| G. | χαρίεντος | χαριέσσης | χαρίεντος |
| D. | χαρίεντι | χαριέσσῃ | χαρίεντι. |
| | | *Dual.* | |
| N.V.A. | χαρίεντε | χαριέσσᾱ | χαρίεντε |
| G.D. | χαριέντοιν | χαριέσσαιν | χαριέντοιν. |
| | | *Plural.* | |
| N.V. | χαρίεντες | χαρίεσσαι | χαρίεντα |
| A. | χαρίεντᾰς | χαριέσσᾱς | χαρίεντα |
| G. | χαριέντων | χαριεσσῶν | χαριέντων |
| D. | χαρίεσι | χαριέσσαις | χαρίεσι. |

Obs. Desinentia in ήεις et όεις saepè per omnes casus contrahuntur: sic τιμήεις, -ῆς, *honoratus*, -ήεσσα, -ῆσσα, -ῆεν, -ῆν (Dor. -ᾶς, -ᾶσσα, -ᾶν), μελιτόεις, -οῦς, *mellitus*, -όεσσα, -οῦσσα, -όεν, -οῦν. Conf. § 21. *Obs.* 4.

(*c*.) Desinentia in ὺς, εῖα, ὺ; ut ὀξὺς, *acutus.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | *Sing.* | |
| N. | ὀξὺς | ὀξεῖᾰ | ὀξὺ |
| V. | ὀξὺ | ὀξεῖᾰ | ὀξὺ |
| A. | ὀξὺν | ὀξεῖᾰν | ὀξὺ |
| G. | ὀξέος | ὀξείᾱς | ὀξέος |
| D. | ὀξέϊ, -εῖ | ὀξείᾳ | ὀξέϊ, -εῖ. |
| | | *Dual.* | |
| N.V.A. | ὀξέε | ὀξείᾱ | ὀξέε |
| G.D. | ὀξέοιν | ὀξείαιν | ὀξέοιν. |
| | | *Plural.* | |
| N.V. | ὀξέες, -εῖς | ὀξεῖαι | ὀξέα |
| A. | ὀξέας, -εῖς | ὀξείᾱς | ὀξέα |
| G. | ὀξέων | ὀξειῶν | ὀξέων |
| D. | ὀξέσι | ὀξείαις | ὀξέσι. |

Obs. 1. *Iones* pro ᾱ longo ponunt η, ut Fem. Gen. ὀξείης, -είῃ, -είην. *Poëtae* insuper ponunt ε in penultima pro ει, ut Fem. N. ὀξέα, -έης, -έῃ, -έαν.

Obs. 2. Est etiam Accus. *Poëticus* in εα, ut εὐρέα πόντον, Hom.

Obs. 3. Nonnulla in υς apud *Poëtas* tanquam communia usurpantur, ut Ἥρη θῆλυς ἐοῦσα. Hom. Il. T. 97. ταρφυς θρίξ, Aesch. ἀδέα χαίταν, Theocr.

(*d.*) Duo in ας, αινᾰ, ᾰν; μέλας *niger*, et τάλας *miser*.

*Sing.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| N. | μέλας | μέλαινα | μέλαν |
| V. | μέλαν | μέλαινα | μέλαν |
| A. | μέλανα | μέλαιναν | μέλαν |
| G. | μέλανος | μελαίνης | μέλανος |
| D. | μέλανι | μελαίνῃ | μέλανι. |

*Dual.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| N.V.A. | μέλανε | μελαίνᾱ | μέλανε |
| G.D. | μελάνοιν | μελαίναιν | μελάνοιν. |

*Plural.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| N.V. | μέλανες | μέλαιναι | μέλανα |
| A. | μέλανας | μελαίνας | μέλανα |
| G. | μελάνων | μελαινῶν | μελάνων |
| D. | μέλασι | μελαίναις | μέλασι. |

(*e.*) Unicum in ας, ασα, αν, πᾶς, *omnis*, cum compositis, ἅπᾱς, σύμπας, κ. τ. λ. (Conf. Participia in ας, p. 41);

*Sing.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| N.V. | πᾶς | πᾶσα | πᾶν |
| A. | πάντα | πᾶσαν | πᾶν |
| G. | παντὸς | πάσης | παντὸς |
| D. | παντὶ | πάσῃ | παντὶ. |

*Dual.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| N.V.A. | πάντε | πάσα | πάντε |
| G.D. | πάντοιν | πάσαιν | πάντοιν. |

*Plural.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| N.V. | πάντες | πᾶσαι | πάντα |
| A. | πάντας | πάσας | πάντα |
| G. | πάντων | πασῶν | πάντων |
| D. | πᾶσι | πάσαις | πᾶσι. |

Duo Anomala in υς, et ας, πολὺς *multus* et μέγας *magnus*, plerumque declinantur, tanquam πολλὸς, et *μέγαλος; sic

| | |
|---|---|
| N. πολὺς, πολλὴ, πολὺ | μέγας, μεγάλη, μέγα |
| A. πολὺν, πολλὴν, πολὺ | μέγαν, μεγάλην, μέγα |
| G. πολλοῦ, πολλῆς, πολλοῦ | μεγάλου, μεγάλης, μεγάλου |
| D. πολλῷ, πολλῇ, πολλῷ. | μεγάλῳ, μεγάλῃ, μεγάλῳ. |

Obs. Apud *Poëtas* πολὺς per omnes casus Masc. et Neutr. inflectitur. Sing. πολὺς (*Ion.* πουλὺς), -έος, -έϊ, πολὺν. Pl. πολέες. *Neut.* πολέα. G. -έων, κ.τ.λ. Ceterùm πολλὸς exstat in *Ionicâ* dialecto; μεγάλος omninò inusitatum est: in Vocativo autem reperiuntur μεγάλε et μέγας.

§ 31. Secundae Classis Adjectiva sunt

(*a.*) Composita ferè omnia in ος, et quaedam alia, imprimis in ιμος desinentia, quae formant Neutrum in ον; ut

ὁ καὶ ἡ ἀθάνατος *immortalis*, τὸ ἀθάνατον,

ὁ καὶ ἡ δόκιμος *probabilis*, τὸ δόκιμον,

et cetera, ut καλὸς, nisi quod formae Femininae desunt.

Obs. 1. Excipe composita in κος desinentia, quae semper tres terminationes habent; ut ἐπιδεικτικὸς, -ὴ, -ὸν, *demonstrativus, -a, -um.*

Obs. 2. Omnia Adjectiva composita in ος apud antiquissimos Graecos per tria genera declinabantur: velut ἀθανάτη, Hom. Il. Hujusmodi formae complures etiam apud *Atticos Poëtas* reperiuntur.

(*b.*) Desinentia in ης, quae formant Neutrum in ες; ut

| | | |
|---|---|---|
| *Sing.* | N. | ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, τὸ ἀληθὲς *verus,* |
| | V. | ἀληθὲς |
| | A. | τὸν καὶ τὴν ἀληθέα -ῆ, τὸ ἀληθὲς |
| | G. | τοῦ, τῆς, τοῦ ἀληθέος -οῦς |
| | D. | τῷ, τῇ, τῷ ἀληθέϊ -εῖ. |
| *Dual.* | N.V.A. | τὼ, τὰ, τὼ ἀληθέε |
| | G.D. | τοῖν, ταῖν, τοῖν ἀληθέοιν -οῖν. |
| *Plural.* | N.V. | οἱ καὶ αἱ ἀληθέες -εῖς, τὰ ἀληθέα -ῆ |
| | A. | τοὺς καὶ τὰς ἀληθέας -εῖς, τὰ ἀληθέα -ῆ |
| | G. | τῶν ἀληθέων -ῶν |
| | D. | τοῖς, ταῖς, τοῖς ἀληθέσι. |

Obs. 1. Quae desinunt in ης purum, in Acc. Sing. contrahunt εα in α; ut ὑγιὴς *sanus*, Acc. Sing. ὑγιέα -ᾶ; sed in Plur. ὑγιέας -εῖς, non -ᾶς. Composita a κλέος *gloria* habent alteram formam Accusativi in -εὰ, ultimâ brevi; ut εὐκλέα *gloriosum*, tanquam ab εὐκλής.

Obs. 2. Composita ab ἔτος *annus* alteram femininam habent formam in ις; ut ὁ καὶ ἡ ἑπτέτης, et ἡ ἑπτέτις *septennis.*

(*c.*) Desinentia in ις, quae formant Neutrum in ι; ut
*Sing.* N. ὁ καὶ ἡ εὔχαρις, τὸ εὔχαρι *gratiosus*,
G. τοῦ, τῆς, τοῦ εὐχάριτος, κ. τ. λ.

Hujusmodi Adjectiva ferè omnia composita sunt, et sequuntur inflexionem Primitivorum, nisi quod Accusativus Masc. et Fem. generis semper desinit in ιν.

Obs. 1. Excipe composita a πόλις, quae faciunt ιδος; ut ἄπολις *expers civitatis*, Gen. -ιδος (*Ion.* -ιος), Dat. -ιδι (*Ion.* -ῑ), Acc. -ιδα et -ιν. Conf. § 22. *Obs.* 1.

Obs. 2. Primitiva, quae huc pertinent, sequuntur tertiam Declinationem, partim ad normam secundae Contractorum formulae, partim vero secundum simplicem formam; sic

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| ἴδρις *sciens* | *Ion.* -ιος (*Att.* -εως) | | νῆστις *jejunus* | -ιος | (-εως) | -ιδος |
| τρόφις *pinguis* | — -ιος | | εὖνις *orbus* | -ιος | (-εως) | -ιδος |

(*d.*) Desinentia in ην, quae formant Neutrum in εν; ut
*Sing.* N. ὁ καὶ ἡ ἄρσην, τὸ ἄρσεν *masculus*,
G. τοῦ, τῆς, τοῦ ἄρσενος, κ. τ. λ.

Obs. Unum in ην tres habet terminationes, τέρην, τέρεινα, τέρεν, *tener*.

(*e.*) Desinentia in ων, quae formant Neutrum in ον; ut
*Sing.* N. ὁ καὶ ἡ σώφρων, τὸ σῶφρον *modestus*,
G. τοῦ, τῆς, τοῦ σώφρονος, κ. τ. λ.

(*f.*) Desinentia in ους, quae formant Neutrum in ουν; ut
*Sing.* N. ὁ καὶ ἡ εὔνους, τὸ εὔνουν *benevolus*,
G. τοῦ, τῆς, τοῦ εὔνου, κ. τ. λ.

Obs. 1. Composita a ποῦς duplicem habent formam vel secundae vel tertiae Declinationis; ut ὁ καὶ ἡ πολύπους *multipes*, τὸ πολύπουν. G. τοῦ, τῆς, τοῦ πολύπου vel πολύποδος, κ. τ. λ.

Obs. 2. Composita ab ὀδοὺς *dens* faciunt Neutrum per ον, ut ὁ καὶ ἡ μονόδους *unum habens dentem*, τὸ μονόδον. G. τοῦ, τῆς, τοῦ μονόδοντος.

(*g.*) Composita in υς, quae formant Neutrum in υ; ut
*Sing.* N. ὁ καὶ ἡ δίπηχυς, τὸ δίπηχυ *bicubitus*,
G. τοῦ, τῆς, τοῦ διπήχεος, κ. τ. λ.

(*h.*) Nomina *Attica* in ως, quae formant Neutr. in ων; ut
*Sing.* N. ὁ καὶ ἡ ἵλεως, τὸ ἵλεων *propitius*,
G. τοῦ, τῆς, τοῦ ἵλεω, κ. τ. λ. (Conf. § 19.)

Obs. Composita in ως partim sequuntur tertiam Declinationem; ut
ὁ καὶ ἡ ὠμοβρὼς, *crudivorus*, -α; G. τοῦ, τῆς, τοῦ ὠμοβρῶτος;
partim duas formas, et secundae, et tertiae Declinationis, habent; ut
ὁ καὶ ἡ φιλόγελως, *ridibundus*; G. -ω et -ωτος. Conf. § 19. *Obs.* 2.

§ 32. Tertiae Classis Adjectiva variè desinunt. Exemplum sit ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ πένης *pauper*, G. πένητος.

Obs. 1. Hujusmodi Adjectiva rariùs, et vix extra Genitivum et Dativum, in neutro genere ponuntur; ut πένητι σώματι *pauperi corpori*, μανιάσιν λυσσήμασιν *furiosâ rabie*. Ceterùm alia potiùs cum Nominibus Masculinis, alia cum Femininis concordare solent. (Conf. p. 128.) Quae ferè concordant

| cum Masculinis, desinunt in | cum Femininis, desinunt in |
|---|---|
| ας, ου, ut γεννάδας *magnanimus* | ας, αδος, ut μανιὰς *furiosus* |
| ης, ου, ut ἐθελοντὴς *lubens* | ις, ιδος, ut εὐῶπις *pulchra*. |

Alia porrò ferè communiter usurpantur cum Nominibus vel Masculini vel Feminini generis. Hujusmodi sunt quae desinunt

| | |
|---|---|
| in ας, αντος, ut ἀκάμας *indefessus* | in ὼς, ῶτος, ut ἀγνὼς *ignotus* |
| ὴν, ῆνος, ut ἀπτὴν *implumis* | ξ, ut ἧλιξ *aequalis* |
| υς, υδος, ut ἐπήλυς *advena* | ψ, ut αἴγλιψ *proclivis*; |

cum quibusdam compositis, quae ita desinunt, ut formam Substantivorum sine mutatione servent; ut

| | | | |
|---|---|---|---|
| ab αἰὼν | *aevum* | μακραίων, -ωνος | *longaevus* |
| χεὶρ | *manus* | μακρόχειρ, -ειρος | *longimanus* |
| ῥὶς | *nasus* | εὔρις, -ῖνος | *nasutus*. |

Obs. 2. Reperiuntur ὁ καὶ ἡ μάκαρ *beatus* et ἡ μάκαιρα; sic

| | | |
|---|---|---|
| ὁ καὶ ἡ παιδολέτωρ | *sobolis perditor* | et ἡ παιδολέτειρα |
| ὁ καὶ ἡ παμμήτωρ | *omnium mater* | et ἡ παμμήτειρα. |

## COMPARATIO ADJECTIVORUM.

§ 33. Ad formandos gradus Comparationis, Positivis plerumque additur in Comparativo τερος, in Superlativo τατος; ut μάκαρ *beatus*, μακάρ -τερος, μακάρ -τατος.

(*a.*) Finita in ος etiam abjiciunt ς; ut

ἔνδοξος *gloriosus*, ἐνδοξό -τερος, ἐνδοξό -τατος.

Porrò quae penultimam habent brevem, mutant ο in ω; ut

φρόνιμος *prudens*, φρονιμ -ώτερος, φρονιμ -ώτατος.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Obs. 1. Excipe | στενὸς | *angustus* | (*Ion.* στεινὸς) | -ότερος | -ότατος |
| | κενὸς | *vacuus* | (*Ion.* κεινὸς) | -ότερος | -ότατος |
| et contrà | λᾶρὸς | *hilaris* | | -ώτερος | -ώτατος |
| | ὀϊζῦρὸς | *calamitosus* | | -ώτερος | -ώτατος. |

Obs. 2. Ex iis quae penultimam habent communem, sequente mutâ cum liquidâ, Dissyllaba per ο, Hyperdissyllaba saepiùs per ω, comparantur; sic πῐκρὸς *acerbus*, -ότερος: δύσπῦτμος *infelix*, -ώτερος.

Obs. 3. Nonnulla in *αιος*, solent *ο* elidere; ut *ἡσυχαῖος quietus*, *-αίτερος*, *-αίτατος*. Sic

*γεραιὸς senilis* *-αίτερος* *-αίτατος* | *σχολαῖος otiosus* *-αίτερος* *-αίτατος*
*παλαιὸς vetus* *-αίτερος* *-αίτατος* |

sic *φῐλος amicus*, elidit *ω*; *φίλτερος*, *φίλτατος*.

Obs. 4. *Attici* etiam comparantur quaedam in *ος* per *αίτερος*, *αίτατος*; ut *ἴσος aequalis*, *-αίτερος*, *-αίτατος*. Sic

*εὔδιος serenus* | *νέος novus* | *φίλος carus*
*μέσος medius* | *πλήσιος propinquus* | *ἄσμενος placitus*

quorum haec duo *μέσος*, *νέος*, alterum quoque interdum Superlativum habent *μέσατος*, *νέατος*.

Alia in *ος* comparantur per *έστερος*, *έστατος*, tanquam a Nominibus in *ης*; ut *ἄφθονος invidiae expers*, *-έστερος*, *-έστατος*. Sic

*αἰδοῖος venerabilis* | *ἄμορφος informis* | *ἐῤῥωμένος robustus*
*ἄκρᾱτος immixtus* | *ἄσμενος placitus* | *ἄπονος laboris expers*

postrema duo, et *σπουδαῖος diligens*, communem formam frequentiùs adsciscunt.

Alia porrò per *ίστερος*, *ίστατος*, tanquam a Nominibus in *ις*; ut *λάλος loquax*, *-ίστερος*, *-ίστατος*. Sic

*ὀψοφάγος gulosus* | *πτωχὸς mendicus*.

(*b.*) Finita in *εις* amittunt *ι* diphthongi; ut

*χαρίεις gratiosus*, *χαρι -έστερος*, *χαρι -έστατος*.

(*c.*) Finita in *ας* et *ης*, et partim in *υς* (Conf. infra, § 34.), adhibent Neutrius terminationem *αν*, *ες*, et *υ*; ut

*μέλας niger*, Neutr. *-αν*, *μελ* *-άντερος* *-άντατος*
*εὐσεβὴς pius*, Neutr. *-ὲς*, *εὐσεβ* *-έστερος* *-έστατος*
*εὐρὺς latus*, Neutr. *-ὺ*, *εὐρ* *-ύτερος* *-ύτατος*.

Obs. Excipe nonnulla in *ης*, praesertim declinata e more primae Declinationis, quae comparantur tanquam a Nominibus in *ις*; ut *ψευδὴς mendax*, *-ίστερος*, *-ίστατος*; sic *κλέπτης furax*, *πλεονέκτης avarus*.

(*d.*) Finita in *ων*, adhibitâ *ον* terminatione Neutrius, porrò inserunt syllabam *ες*; ut

*εὐδαίμων felix*, Neutr. *-ον*, *εὔδαιμον* *-έστερος*, *-έστατος*.

Obs. Excipe *πέπων maturus*, *πεπαίτερος* *πεπαίτατος*
*πίων pinguis*, *πιότερος* *πιότατος*.

(*e.*) Finita in *ξ*, resolutâ *ξ* in elementa sua, vocalem *ε* vel *ι* inter eadem inserunt; ut

*ἀφῆλιξ* (*κς*) *adultus*, *ἀφηλικ-έστερος* *-έστατος*
*ἅρπαξ* (*γς*) *rapax*, *ἁρπαγ-ίστερος* *-ίστατος*.

*Obs.* *βλὰξ mollis* facit *βλακίστερος* et *βλακώτερος*.

§ 34. Quibusdam Adjectivis usitatior forma comparationis fit per *ίων*, *ιστος*, praesertim exeuntibus in *υς*; ut *ἡδὺς dulcis*, *-ίων*, *-ιστος*; *κακὸς malus*, *-ίων*, *-ιστος*.

Nonnulla in *ρος* amittunt *ρ* ante *-ίων* et *-ιστος*; ut
*αἰσχρὸς turpis*, *αἰσχίων*, *αἴσχιστος*.

Obs. 1. Penultima in *ίων*, a ceteris correpta, apud *Atticos* producitur.

Obs. 2. Anomala sunt

| | | |
|---|---|---|
| ἀλγεινὸς [ἄλγος] | ἀλγίων *molestior* | ἄλγιστος |
| [?*ἀμενὴς, i.q. ζαμενὴς] | ἀμείνων *melior* | |
| [Ἄρης] | ἀρείων *Poët. praestantior* | ἄριστος |
| [βέλος] | βέλτερος et βελτίων *melior* | βέλτατος et βέλτιστος |
| βραδὺς *tardus* | βραδίων, βράσσων | βάρδιστος |
| ἐλαχὺς *parvus* | [*ἐλαχίων] ἐλάσσων | ἐλάχιστος |
| [*ἧκυς] | [*ἡκίων] ἥσσων *minor* | ἥκιστος |
| καλὸς [κάλλος] | καλλίων *honestior* | κάλλιστος |
| κερδαλέος [κέρδος] | κερδίων *quaestuosior* | κέρδιστος |
| κρατὺς, [κράτος] | [*κρατίων, *κράσσων] Ion. κρέσσων, κρείσσων *melior* | κράτιστος et κάρτιστος |
| [*λώϊος *gratus*] | λωΐτερος et λῴων *potior* | λῷστος |
| μακρὸς *longus* [*μηκὺς, *μακὺς] | [*μακίων] μάσσων | μήκιστος |
| μέγας *magnus* | μείζων, et *Ion.* μέζων | μέγιστος |
| [*μέος, Conf. πλέος] | μείων *minor* | [μεῖστος] |
| ὀλίγος *paucus* | | ὀλίγιστος |
| [*ὅπλον] | ὁπλότερος *junior* | ὁπλότατος |
| παχὺς *pinguis* | [*παχίων] πάσσων | πάχιστος |
| πλέος *plenus* | πλέων et πλείων | πλεῖστος |
| ῥᾴδιος [*ῥᾴος, ῥέος] | ῥᾴων *facilior* | ῥᾷστος |
| ταχὺς *celer* | [ταχίων] θάσσων | τάχιστος |
| [*φερὴς a φέρω] | φέρτερος *validior* | φέρτατος et φέριστος |
| *χέρης *tenuis* | χείρων *deterior* | χείριστος. |

§ 35. Comparativa in *ων*, ut *ἥσσων minor*, in quibusdam casibus contrahuntur; ut

Sing. Acc. *ἥσσονα* [-οα] -ω   Neutr. *ἧσσον*
Plur. N.V. *ἥσσονες* [-οες] -ους —— *ἥσσονα* [-οα] -ω
Acc. *ἥσσονας* [-οας] -ους —— *ἥσσονα* [-οα] -ω.

De Comparatione Adverbiorum vide infra, p. 121.

§ 36. NUMERALIA Adjectiva sunt vel Cardinalia vel Ordinalia.

| | *Cardinalia.* | | *Ordinalia.* |
|---|---|---|---|
| 1 α′ | εἷς, μία, ἓν | *unus* | πρῶτος |
| 2 β′ | δύο | *duo* | δεύτερος |
| 3 γ′ | τρεῖς, τρία | *tres* | τρίτος |
| 4 δ′ | τέσσαρες | *quatuor* | τέταρτος |
| 5 ε′ | πέντε | *quinque* | πέμπτος |
| 6 ς′ | ἓξ | *sex* | ἕκτος |
| 7 ζ′ | ἑπτὰ | *septem* | ἕβδομος |
| 8 η′ | ὀκτὼ | *octo* | ὄγδοος |
| 9 θ′ | ἐννέα | *novem* | ἔνατος |
| 10 ι′ | δέκα | *decem* | δέκατος |
| 11 ια′ | ἕνδεκα | *undecim* | ἑνδέκατος |
| 12 ιβ′ | δώδεκα | *duodecim* | δωδέκατος |
| 13 ιγ′ | τρὶς καὶ δέκα | *tredecim* | τρὶς καὶ δέκατος |
| 20 κ′ | εἴκοσι | *viginti* | εἰκοστὸς |
| 21 κα′ | εἴκοσιν εἷς | *unus et vig.* | εἰκοστὸς πρῶτος |
| 30 λ′ | τριᾱκοντα | *triginta* | τριᾱκοστὸς |
| 40 μ′ | τεσσαρᾰκοντα | *quadraginta* | τεσσαρακοστὸς |
| 50 ν′ | πεντήκοντα | *quinquaginta* | πεντηκοστὸς |
| 60 ξ′ | ἑξήκοντα | *sexaginta* | ἑξηκοστὸς |
| 70 ο′ | ἑβδομήκοντα | *septuaginta* | ἑβδομηκοστὸς |
| 80 π′ | ὀγδοήκοντα | *octoginta* | ὀγδοηκοστὸς |
| 90 ϙ† | ἐνενήκοντα | *nonaginta* | ἐνενηκοστὸς |
| 100 ρ′ | ἑκατὸν | *centum* | ἑκατοστὸς |
| 200 σ′ | διᾱκόσιοι | *ducenti* | διᾱκοσιοστὸς |
| 300 τ′ | τριᾱκόσιοι | *trecenti* | τριᾱκοσιοστὸς |
| 400 υ′ | τετρακόσιοι | *quadringenti* | τετρακοσιοστὸς |
| 500 φ′ | πεντακόσιοι | *quingenti* | πεντακοσιοστὸς |
| 600 χ′ | ἑξακόσιοι | *sexcenti* | ἑξακοσιοστὸς |
| 700 ψ′ | ἑπτακόσιοι | *septingenti* | ἑπτακοσιοστὸς |
| 800 ω′ | ὀκτακόσιοι | *octingenti* | ὀκτακοσιοστὸς |
| 900 ϡ† | ἐννακόσιοι | *noningenti* | ἐννακοσιοστὸς |

† De his figuris vide suprà, § 1. Obs. 2.

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1,000 | ͵α χίλιοι | *mille* | χιλιοστὸς |
| 2,000 | ͵β δισχίλιοι | *duo millia* | δισχιλιοστὸς |
| 3,000 | ͵γ τρισχίλιοι | *tria millia* | τρισχιλιοστὸς |
| 10,000 | ͵ι μύριοι | *decem millia* | μυριοστὸς |
| 20,000 | ͵κ δισμύριοι | *viginti millia* | δισμυριοστὸς |
| 100,000 | ͵ρ δεκακισμύριοι | *centum millia* | δεκακισμυριοστός. |

(*a.*) Cardinalia quatuor priora declinantur sic;

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| N. | εἷς | μία | ἓν | δύο | et | δύω |
| A. | ἕνα | μίαν | ἓν | δύο | et | δύω |
| G. | ἑνὸς | μιᾶς | ἑνὸς | δυοῖν | *recentiùs* | δυεῖν |
| D. | ἑνὶ | μιᾷ | ἑνὶ | δυοῖν | *rarò* | δυσὶ. |

Eodem modo quo εἷς, declinantur composita οὐδεὶς et μηδεὶς *nullus*, sic οὐδεὶς, οὐδεμία, οὐδέν; et eodem modo quo δύο declinatur ἄμφω *ambo*.

Obs. Δύω, *Atticè* semper δύο scriptum, et ἄμφω, tanquam indeclinabilia, non rarò pro δυοῖν et ἀμφοῖν reperiuntur.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| N. | τρεῖς | τρία | τέσσαρες | τέσσαρα |
| A. | τρεῖς | τρία | τέσσαρας | τέσσαρα |
| G. | τριῶν | | τεσσάρων | |
| D. | τρισὶ | | τέσσαρσι, *Poët.* | τέτρασι. |

Cetera Cardinalia a quinque usque ad centum indeclinabilia; post centum, declinabilia sunt.

(*b.*) Ordinalia omnia declinantur more Adjectivorum primae Classis in ος, ut πρῶτος, -η, -ον, *primus.*

Obs. Ex his Numeralibus dependent alia, quae exprimunt

(*a.*) Multiplicationem.
ἁπλόος -οῦς, *simplex*
διπλόος -οῦς *duplex*
sic τριπλοῦς, τετραπλοῦς, κ. τ. λ.

(*b.*) Proportionem.
διπλάσιος *duplo major*
sic τριπλάσιος, τετραπλάσιος, κ. τ. λ.

(*c.*) Quoties (ποσάκις;) quid agatur.
ἅπαξ *semel*
δὶς *bis*
sic τρὶς, τετράκις, ἑξάκις, κ. τ. λ.

(*d.*) Diem quo (ποσταῖος;) quid agatur.
δευτεραῖος, *secundo die*
sic τριταῖος, τεταρταῖος, κ. τ. λ.

# PRONOMEN.

PRONOMINA sunt vel Substantiva vel Adjectiva.

## § 37. SUBSTANTIVA PRONOMINA sunt

### *a.*) PERSONALIA ἐγὼ *ego*, σὺ *tu*, οὗ *sui*.

Obs. Tertia persona caret suo pronomine; οὗ enim, etsi saepe in *Epicâ* et *Ionicâ* linguâ simplicitèr tertiam personam designat, apud *Atticos* ferè semper, praeterquam in Dat. Sing. et Plur., Reflexivum est. Hunc defectum quodammodo supplet partim Demonstrativum αὐτὸς *ipse*, quod in Nominativo solo propriam vim vindicat, in ceteris autem casibus tertiae personae usui inservit; partim Articulus ὁ, ἡ, τὸ. (Conf. § 13. *Obs.* 1.) ; partim, quod ad accusativum attinet, formulae *Poëticae*, νιν, σφὲ, et *Ionica* μιν, quae plerumque Reflexivae non sunt.

| | *Sing.* | | |
|---|---|---|---|
| N. ἐγὼ | σὺ | | |
| A. ἐμὲ, μὲ | σὲ | ἓ | |
| G. ἐμοῦ, μοῦ | σοῦ | οὗ | |
| D. ἐμοὶ, μοὶ | σοὶ | οἷ | |
| | *Dual.* | | |
| N.A. νὼ | σφὼ | | |
| G.D. νῷν | σφῷν | σφωῒν | |
| | *Plural.* | | |
| N. ἡμεῖς | ὑμεῖς | σφεῖς | N. σφέα |
| A. ἡμᾶς | ὑμᾶς | σφᾶς | N. σφέα |
| G. ἡμῶν | ὑμῶν | σφῶν | |
| D. ἡμῖν | ὑμῖν | σφίσι. | |

Obs. DIALECTI.

| | *Sing.* | |
|---|---|---|
| N. ἐγὼν *Aeol. Ep.* | τὺ *Dor.*, τύνη *Ep.* | |
| A. | τὲ *Dor. Ep.* τὶν *Dor.* τὺ *Dor.* | ἑὲ *Ep.* νὶν *Dor.* et *Att. Poët.* trium generum. μὶν *Ion.* trium generum. σφὲ *Dor.* et *Att. Poët.* trium gen. Conf. Plur. |
| G. ἐμέο, ἐμεῦ, μεῦ, *Ep. Ion.* ἐμεῖο, ἐμέθεν, *Ep.* ἐμεῦς, ἐμοῦς, *Aeol. Dor.* | τεῦ *Dor.* σέο, σεῦ, *Ep. Ion.* σεῖο, τεοῖο *Ep.* σέθεν *Poët.* τεῦς, τεοῦς, *Aeol. Dor.* | ἕο, εὗ, *Ep. Ion.* εἷο, ἑεῖο, ἕθεν, *Ep.* ἑοῦς, *Aeol. Dor.* |
| D. ἐμῖν *Dor.* | τὶν *Dor.*, τεῒν *Aeol. Ep.* τοὶ *Ep. Ion.* | ἶν *Dor.*, σφὶν *Poët.* ἑοῖ *Ep.* |

*Dual.*

| | | |
|---|---|---|
| N. νῶϊ *Ep.* | σφῶϊ *Ep.* | |
| A. νῶϊ *Ep.* | σφῶϊ *Ep.* | σφῶε, σφὼ, *Ep.* |
| G.D. νῶϊν *Ep.* | σφῶϊν *Ep.* | σφῶϊν *Ep.* |

*Plur.*

| | | |
|---|---|---|
| N. ἡμέες *Ion.* | ὑμέες *Ion.* | |
| ἁμὲς *Dor.*, ἄμμες *Aeol.* | ὑμές *Dor.*, ὔμμες *Aeol.* | |
| A. ἡμέας *Ion.* | ὑμέας *Ion.* | σφέας *Ion. Ep.* |
| ἄμμε *Aeol. Ep.* | ὔμμε *Aeol. Ep.* | σφὲ *Ep.* et *Att. Poët.* trium gen. Conf. Sing. |
| ἁμὲ *Dor.* | ὑμὲ *Dor.* | ψὲ *Dor.*, ἄσφε *Aeol.* |
| | | νὶν *Att. Poët.* trium generum. |
| G. ἡμέων *Ion. Ep.* | ὑμέων *Ion. Ep.* | σφέων *Ion. Ep.* |
| ἡμείων *Ep.* | ὑμείων *Ep.* | σφείων *Ep.* |
| ἀμμέων *Aeol.* | ὑμμέων *Aeol.* | |
| D. ἄμμι *Aeol. Ep.* | ὔμμι *Aeol. Ep.* | σφὶ, σφὶν *Poët.* |
| ἀμμέσι *Aeol.* | | φὶν, ψὶν *Dor.* |

(*b.*) Reflexiva (quae derivantur a Personalibus cum Demonstrativo αὐτὸς *ipse* compositis) ἐμαυτοῦ *mei ipsius*, σεαυτοῦ, contractum σαυτοῦ, *tui ipsius*, ἑαυτοῦ, contractum αὑτοῦ, *sui ipsius.*

Obs. Ἑαυτοῦ, αὑτοῦ interdùm pro ἐμαυτοῦ et σεαυτοῦ positum reperitur.

| | | |
|---|---|---|
| *S.* A. ἐμαυτὸν, -ὴν | σεαυτὸν, -ὴν | ἑαυτὸν, -ὴν, -ὸ |
| G. ἐμαυτοῦ, -ῆς | σεαυτοῦ, -ῆς | ἑαυτοῦ, -ῆς, -οῦ |
| D. ἐμαυτῷ, -ῇ | σεαυτῷ, -ῇ | ἑαυτῷ, -ῇ, -ῷ |
| *Pl.* A. ἡμᾶς αὐτοὺς, -ὰς | ὑμᾶς αὐτοὺς, -ὰς | ἑαυτοὺς, -ὰς, -ὰ |
| G. ἡμῶν αὐτῶν | ὑμῶν αὐτῶν | ἑαυτῶν -ῶν, -ῶν |
| D. ἡμῖν αὐτοῖς, -αῖς | ὑμῖν αὐτοῖς, -αῖς | ἑαυτοῖς, -αῖς, -οῖς. |

Obs. Pro ἑαυτῶν, -οῖς, -οὺς, κ. τ. λ., leguntur etiam σφῶν αὐτῶν, σφίσιν αὐτοῖς, σφᾶς αὐτούς.

(*c.*) Reciprocum;

| | | |
|---|---|---|
| *Dual.* A. | ἀλλήλω, -α, -ω | *Plural.* ἀλλήλους, -ας, -α |
| G. | ἀλλήλοιν, -αιν, -οιν | ἀλλήλων |
| D. | | ἀλλήλοις, -αις, -οις. |

§ 38. Adjectiva Pronomina sunt

(*a.*) Possessiva, quae a Personalibus derivantur

ἐμὸς (*Poet.* ἀμὸς) *meus* | σὸς (*Poët.* τεὸς) *tuus*
ἡμέτερος (*Dor.* ἁμὸς) *noster* | ὑμέτερος (*Ep. et Dor.* ὑμὸς) *vester.*

Obs. 1. Tertiae personae et singularis numeri Possessivum, ἑὸς (ἑὴ vel ἑὰ) et ὃς *suus Ionicè, Doricè,* et *Poëticè* legitur. A Duali Personalium derivata σφωΐτερος et νωΐτερος tantùm *Homerica* sunt.

Obs. 2. Pronomen σφὸς *Homericum* semper tertiae Personae et Pluralis numeri Possessivum est. Sic et σφέτερος apud *Homerum;* ut ἄστυ σφέτερον, *sua ipsorum urbs:* sed apud *Hesiodum* interdùm etiam secundae Personae Plurali inservit; ut σφέτερον πατέρα, *vestrum patrem.* Posteà ad Nomina vel Singularis numeri referri coepit; ut σφετέραις φρεσὶν, *suâ ipsius mente,* Aesch. Pers. 898. Tum apud *Xenophontem* positum reperitur pro ἡμέτερος; denique apud *Theocritum* etiam pro ἐμὸς et σὸς. Itaque fit ut hoc Pronomen aliquandò omnium Personarum utriusque numeri commune sit.

(*b.*) Relativum ὅς, ἥ, ὅ, *qui, quae, quod,* quod eodem modo quo Articulus inflectitur, omisso τ; sic

*Sing.* N. ὅς, ἥ, ὅ. G. οὗ, ἧς, οὗ, κ. τ. λ.

Obs. E Relativo et Indefinito τις componitur ὅστις (Ep. ὅτις) *quicunque,* ἥτις, ὅτι; Gen. ὅτου, Dat. ὅτῳ. Plur. Gen. ὅτων, Dat. ὅτοις. Idem *Attici* in Plurali facit ἅττα et ἅσσα pro ἅτινα. Sed ἄττα sine aspiratione *Atticè* ponitur pro τινὰ *quaedam.*

(*c.*) Indefinitum τις *aliquis.*

| *Sing.* | | *Dual.* | *Plural.* | |
|---|---|---|---|---|
| N. τις | τι | N.A. τινε | N. τινες | τινα |
| A. τινα | τι | G.D. τινοιν | A. τινας | τινα. |
| G. τινος vel του | | | G. τινων | |
| D. τινι vel τῳ | | | D. τισι | |

Obs. 1. Dialecticae varietates sunt;
Sing. *Ep.* G. τεο, τευ. D. τεῳ, τῳ. Plur. *Ep.* G. τεων. *Ion.* D. τεοισι.

Obs. 2. Indefinitum *Atticum* δεῖνα, omnium generum, sic declinatur:

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sing. N. δεῖνα. | A. δεῖνα. | G. δεῖνος. | D. δεῖνι. |
| Plur. N. δεῖνες. | A. δεῖνας. | G. δείνων. | D. deest. |

(*d.*) Interrogativa τίς, cum accentu, *quis?* ποῖος *qualis?* πόσος *quantus?* πότερος *uter?*

Obs. His, cùm obliquè interrogant, praefigitur vel ὁς, ut in ὅστις, vel ὁ, ut in ὅτις (*Ep.*), ὁποῖος, ὁπόσος, ὁπότερος. Conf. supr. (*b.*) *Obs.*

(*e.*) Demonstrativa ἐκεῖνος *is, ille,* οὗτος *hic,* ὅδε *hicce,* αὐτὸς *ipse* (tantùm in Nomin., in obliquis *is,* Conf. § 37. *Obs.*).

ὁ αὐτὸς *idem*; quae omnia, et ἄλλος *alius*, faciunt Neutrum genus per ο; more Articuli ὁ, ἡ, τὸ. Sic declinatur οὗτος:—

| | | *Sing.* | |
|---|---|---|---|
| N. | οὗτος | αὕτη | τοῦτο |
| A. | τοῦτον | ταύτην | τοῦτο |
| G. | τούτου | ταύτης | τούτου |
| D. | τούτῳ | ταύτῃ | τούτῳ |
| | | *Dual.* | |
| N.A. | τούτω | ταύτα | τούτω |
| G.D. | τούτοιν | ταύταιν | τούτοιν |
| | | *Plural.* | |
| N. | οὗτοι | αὗται | ταῦτα |
| A. | τούτους | ταύτας | ταῦτα |
| G. | τούτων | τούτων | τούτων |
| D. | τούτοις | ταύταις | τούτοις. |

Obs. 1. Dualis *Atticè* caret interdùm feminino genere. Conf. § 13. *Obs.* 2.

Obs. 2. Composita cum οὗτος eodem modo declinantur; viz.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| a τοῖος, | τοιοῦτος | *talis* | a τηλίκος, | τηλικοῦτος | *tantae aetatis* |
| a τόσος, | τοσοῦτος | *tantus* | a τυννὸς, | τυννοῦτος | *tantillus*: |

nisi quòd horum Neutrum *Atticè* vulgò desinit in ον. *Attici* etiam ταὐτὸν, per Crasin pro τὸ αὐτὸ *idem*, scribunt potiùs quàm ταὐτὸ. Apud *Sophoclem* τηλικοῦτος legitur pro feminino τηλικαύτη.

Obs. 3. Quaedam sunt Adjectiva-Pronomina, quae inter se respondent; sic

| Interrogativa. | Indefinita. | Demonstrativa. | Relativa. |
|---|---|---|---|
| [πός] | [πος] | [τός] | ὃς, ὅστε *qui.* |
| πόσος *quantus?* | ποσὸς *aliquantus.* | τόσος *tantus.* | ὅσος *quantus.* |
| ποῖος *qualis?* | ποιὸς *qualis.* | τοῖος *talis.* | οἷος *qualis.* |
| πηλίκος *cujus aetatis?* | πηλίκος *alicujus aetatis.* | τηλίκος *ejus aetatis.* | ἡλίκος *cujus aetatis.* |

Unde Adverbialia-Pronomina oriuntur; viz.

| | | | |
|---|---|---|---|
| ποῦ *ubi?* | ποὺ *alicubi.* | αὐτοῦ *ibidem.* | οὗ *ubi.* |
| πόθεν *unde?* | ποθὲν *alicunde.* | τόθεν *inde.* | ὅθεν *unde.* |
| ποῖ *quo?* | ποὶ *aliquo.* | αὐτόσε *eodem.* | οἷ *Poët. quo.* |
| πότε *quando?* | ποτὲ *aliquando.* | τότε *tunc.* | ὅτε *quùm.* |
| πηνίκα *quo temporis puncto?* | deest. | τηνίκα *eo temporis puncto.* | ἡνίκα *quo ipso tempore.* |
| πῶς *quomodo?* | πὼς *aliquo modo.* | τὼς *Poët. eo modo.* | ὡς *quomodo.* |
| πῆ *quo? quâ?* | πὴ *aliquo.* | τῆ *Poët. eò, hàc.* | ᾗ *quo.* |

Horum Interrogativis, cum obliquè interrogant, praefigitur ὁ; sic ὁπόσος, ὅπου κ. τ. λ.: quae formae non raro etiam pro Relativis ponuntur; sic ὁπόσος pro ὅσος, ὅπου pro οὗ.

## VERBUM.

Verbi, quod ad formam attinet, genera sunt duo:

(*a.*) Unum desinit in ω, ut τύπτω *verbero*;

(*b.*) Alterum in μι, ut ἵστημι *statuo*.

§ 39. Voces sunt tres, Activa, Media, et Passiva.

Activa et Passiva Vox eandem vim habent, quam apud Latinos, ut τύπτω *verbero*, τύπτομαι *verberor*.

Vox Media ita dicitur, quòd *actionem cum passione mixtam* denotet, et sic inter Vocem Activam et Passivam reverà *mediam* se habeat; ut τύπτομαι *verbero me ipsum.*

Nonnulla tamen verba sunt, quae formationem quidem habent partim Mediam, partim Passivam, at significationem plane Activam, ut δέχομαι *accipio*; itaque, *depositâ* vi propriâ, *Deponentia* vocantur, ut apud Latinos.

Obs. 1. Verborum verè Mediorum vis Reflexiva est; hoc est *ipsius in semet*, vel *sibimet, aliquid agentis*, aut *agendum curantis*; idque tribus ferè modis; sic

(*a.*) λούομαι *lavo me ipsum*, λούομαι τὸ σῶμα *meum ipsius corpus lavo.*

(*b.*) κατεστρέψατο τὸν Μῆδον *sibi subdidit Medorum Regem.*
ἀμύνομαι πολέμιον *hostem a me ipso arceo.*

(*c.*) διδάσκομαι τὸν υἱὸν *meum mihimet filium docendum curo.*

Obs. 2. Praeter.-Perfectum et Pluperfectum Medium, quae vulgò dicuntur, nec formam nec ferè sensum habent cum Mediâ Voce communem, et potiùs Perfectum et Pluperfectum secundum Activae Vocis haberi debent.

§ 40. Modi sunt quinque, Indicativus, Imperativus, Subjunctivus, Optativus, Infinitivus.

Obs. Modus Subjunctivus *subjicitur* Conjunctioni aut Relativo, plerumque ubi sermo est de re Praesenti, aut Futurâ. Modus, qui dicitur Optativus, tribus aequè nominibus poterat appellari; nam et Subjunctivi vicem gerit, et Optativi et Potentialis: *Subjunctivi*, quoties subjicitur Conjunctioni aut Relativo, ubi sermo est de re Praeteritâ; *Optativi*, quoties, per se positus, *optatum* exprimit; *Potentialis*, quoties conjungitur cum particulâ ἂν, vel apud *Epicos Poëtas* cum κε, κεν: sic

Subj. *I raise*, or *will raise, my arm*, ἵνα τύπτω *that I may strike.*

Opt. (*a.*) *I raised my arm*, ἵνα τύπτοιμι *that I might strike.*

(*b.*) τύπτοιμι *might I strike!* optantis.

(*c.*) τύπτοιμι ἂν, vel κε, *I might strike, possibly*, or *if I chose.*

## VERBA IN Ω.

§ 41. VERBORUM IN ω Modi plerumque sex TEMPORA complectuntur; quorum tria vocamus *Primaria:* reliqua tria nuncupari solent *Historica*, quia in Historiâ conscribendâ praecipuè usurpantur.

PRIMARIA Tempora sunt Praesens, Futurum, et Praeteritum-Perfectum.

HISTORICA nuncupantur Praeteritum-Imperfectum, Praeteritum-Pluperfectum, et Praeteritum-Aoristum.

Praeteritum-Aoristum per omnes Voces, et Futurum in Passivâ, duas habent formas, quibus nomina sunt Primum, Secundum; Passivae etiam tertium Futurum accedit, quod vocatur Perfectum, vel Paulo-post-Futurum.

Ceterùm Futuro carent Imperativus et Subjunctivus.

Obs. 1. Paucissimis tamen verbis exstitit, in eâdem utique Voce, et apud Scriptores ejusdem aevi ac Dialecti, utraque Aoristi forma; sed verbum aliud hanc, aliud illam sibi maluit: Conf. § 66. *Obs.* 1. Sic Verbi τύπτω Vocis Activae Aoristum vulgò legitur ἔτυψα, non autem ἔτυπον. Contra verbi λείπω Aoristum vulgò legitur ἔλιπον, non autem ἔλειψα.

Obs. 2. De significatione Temporum, praeter sensus usitatos, singulis Temporibus infrà affixos, haec etiam notanda sunt:

(*a.*) Praeter.-Imperfectum non modò significat *quod quis agebat*, (*to be about a thing*,) sed interdùm etiam *quod agere solet* (*to be often about it*): *quod agere coeperat* (*to be just about it*); *quod agere volebat*, vel *conabatur* (*to be desirous* or *eager about it*); denique *quod quis agens dicitur* (*to be described* or *represented as about it*).

(*b.*) Praeter.-Aoristum etiam saepe significat non modò *quod quis egit*, sed etiam *quod agere solitus est*; praesertim, si additur particula ἂν.

Verbis, ut Nominibus, Numeri sunt tres; Numeris tres Personae; nisi quòd Dualis, in Voce saltem Activâ, primâ Personâ caret.

Apud Tempora Primaria Modi Indicativi, et apud omnia Subjunctivi, ambae Dualis personae exeunt in *ον*, apud Historica Indicativi, et apud omnia Optativi exeunt in *ην*.

## PARADIGMA VOCIS ACTIVAE.

### Modus Indicativus.

Tempus Praesens τύπτω, *I strike.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τύπτω | τύπτεις | τύπτει |
| *Dual.* | | τύπτετον | τύπτετον |
| *Plur.* | τύπτομεν | τύπτετε | τύπτουσι. |

Futurum, *I shall strike.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τύψω | τύψεις | τύψει |

*Et cetera* ut Praesens.

Futurum Circumflexum -ῶ, -εῖς, -εῖ, -εῖτον, -εῖτον, -οῦμεν, -εῖτε, -οῦσι.

Praeteritum-Perfectum, *I have struck.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τέτυφᾰ | τέτυφᾰς | τέτυφε |
| *Dual.* | | τετύφᾰτον | τετύφᾰτον |
| *Plur.* | τετύφαμεν | τετύφᾰτε | τετύφασι. |

Praeteritum-Imperfectum, *I was striking.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | ἔτυπτον | ἔτυπτες | ἔτυπτε |
| *Dual.* | | ἐτυπτέτην | ἐτυπτέτην |
| *Plur.* | ἐτύπτομεν | ἐτύπτετε | ἔτυπτον. |

Praeteritum-Pluperfectum, *I had struck.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | ἐτετύφειν | ἐτετύφεις | ἐτετύφει |
| *Dual.* | | ἐτετυφείτην | ἐτετυφείτην |
| *Plur.* | ἐτετύφειμεν | ἐτετύφειτε | ἐτετύφεισαν, |
| | | [vel, quod usitatius est, -εσαν. | |

Praeteritum-Aoristum I. *I struck.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | ἔτυψᾰ | ἔτυψᾰς | ἔτυψε |
| *Dual.* | | ἐτυψάτην | ἐτυψάτην |
| *Plur.* | ἐτύψαμεν | ἐτύψατε | ἔτυψᾰν. |

Praeteritum-Aoristum II. *I struck.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | ἔτυπον | ἔτυπες | ἔτυπε |

*Et cetera* ut Imperfectum.

## MODUS IMPERATIVUS.

Praesens, *strike thou.*

| | | |
|---|---|---|
| *Sing.* | τύπτε | τυπτέτω |
| *Dual.* | τύπτετον | τυπτέτων |
| *Plur.* | τύπτετε | τυπτέτωσαν, vel τυπτόντων. |

Praeteritum-Perfectum.

| | | |
|---|---|---|
| *Sing.* | τέτυφε | τετυφέτω |

*Et cetera* ut Praesens; sed rarissimè legitur.

Praeteritum-Aoristum I.

| | | |
|---|---|---|
| *Sing.* | τύψον | τυψάτω |
| *Dual.* | τύψατον | τυψάτων |
| *Plur.* | τύψατε | τυψάτωσαν, vel τυψάντων. |

Praeteritum-Aoristum II.

| | | |
|---|---|---|
| *Sing.* | τύπε | τυπέτω |

*Et cetera* ut Praesens.

## MODUS SUBJUNCTIVUS.

Praesens, *I may strike.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τύπτω | τύπτῃς | τύπτῃ |
| *Dual.* | | τύπτητον | τύπτητον |
| *Plur.* | τύπτωμεν | τύπτητε | τύπτωσι. |

Praeteritum-Perfectum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τετύφω | τετύφῃς | τετύφῃ |

*Et cetera* ut Praesens; sed raró legitur. Vid. § 42. *Obs.* 8.

Praeteritum-Aoristum I.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τύψω | τύψῃς | τύψῃ |

*Et cetera* ut Praesens.

Praeteritum-Aoristum II.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τύπω | τύπῃς | τύπῃ |

*Et cetera* ut Praesens.

## Modus Optativus.

Praesens, *I might strike.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τύπτοιμι | τύπτοις | τύπτοι |
| *Dual.* | | τυπτοίτην | τυπτοίτην |
| *Plur.* | τύπτοιμεν | τύπτοιτε | τύπτοιεν. |

Futurum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τύψοιμι | τύψοις | τύψοι |

*Et cetera* ut Praesens.

Praeteritum-Perfectum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τετύφοιμι | τετύφοις | τετύφοι |

*Et cetera* ut Praesens; sed rarò legitur. Vid. § 42. *Obs.* 8.

Praeteritum-Aoristum I. (Conf. § 42. *Obs.* 11.)

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τύψαιμι | τύψαις (*vel* -ειας) | τύψαι (*vel* -ειε) |
| *Dual.* | | τυψαίτην | τυψαίτην |
| *Plur.* | τύψαιμεν | τύψαιτε | τύψαιεν (*vel*-ειαν). |

Praeteritum-Aoristum II.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τύποιμι | τύποις | τύποι |

*Et cetera* ut Praesens.

## Modus Infinitivus.

Praesens τύπτειν, *to strike.* Futurum τύψειν.
Praet.-Perf. τετυφέναι. Aor. I. τύψαι. Aor. II. τυπεῖν.

## Participia.

Praesens, *striking.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Sing.* | N.V. | τύπτων | τύπτουσᾰ | τύπτον |
| | A. | τύπτοντα | τύπτουσᾰν | τύπτον |
| | G. | τύπτοντος | τυπτούσης | τύπτοντος |
| | D. | τύπτοντι | τυπτούσῃ | τύπτοντι. |
| *Dual.* | N.A. | τύπτοντε | τυπτούσᾱ | τύπτοντε |
| | G.D. | τυπτόντοιν | τυπτούσαιν | τυπτόντοιν. |
| *Plur.* | N.V. | τύπτοντες | τύπτουσαι | τύπτοντα |
| | A. | τύπτοντας | τυπτούσας | τύπτοντα |
| | G. | τυπτόντων | τυπτουσῶν | τυπτόντων |
| | D. | τύπτουσι | τυπτούσαις | τύπτουσι. |

Futurum, *about to strike.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Sing.* | N.V. | τύψων | τύψουσα | τύψον |
| | G. | τύψοντος, *et cetera* ut Praesens. | | |

Futurum Circumflexum.

N. -ῶν, -οῦσα, -οῦν, G. -οῦντος, -ούσης, -οῦντος, κ. τ. λ.

Praeteritum-Perfectum, *having struck.*

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Sing.* | N.V. | τετυφὼς | τετυφυῖᾰ | τετυφὸς |
| | A. | τετυφότα | τετυφυῖᾰν | τετυφὸς |
| | G. | τετυφότος | τετυφυίᾱς | τετυφότος |
| | D. | τετυφότι | τετυφυίᾳ | τετυφότι. |
| *Dual.* | N.A. | τετυφότε | τετυφυίᾱ | τετυφότε |
| | G.D. | τετυφότοιν | τετυφυίαιν | τετυφότοιν. |
| *Plur.* | N.V. | τετυφότες | τετυφυῖαι | τετυφότα |
| | A. | τετυφότᾰς | τετυφυίᾱς | τετυφότα |
| | G. | τετυφότων | τετυφυιῶν | τετυφότων |
| | D. | τετυφόσι | τετυφυίαις | τετυφόσι. |

Praeteritum-Aoristum I. (Conf. § 42. *Obs.* 13.)

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Sing.* | N.V. | τύψας | τύψᾱσᾰ | τύψᾰν |
| | A. | τύψαντα | τύψασᾰν | τύψᾰν |
| | G. | τύψαντος | τυψάσης | τύψαντος |
| | D. | τύψαντι | τυψάσῃ | τύψαντι. |
| *Dual.* | N.A. | τύψαντε | τυψάσα | τύψαντε |
| | G.D. | τυψάντοιν | τυψάσαιν | τυψάντοιν. |
| *Plur.* | N.V. | τύψαντες | τύψασαι | τύψαντα |
| | A. | τύψαντᾰς | τυψάσας | τύψαντα |
| | G. | τυψάντων | τυψασῶν | τυψάντων |
| | D. | τύψασι | τυψάσαις | τύψασι. |

Praeteritum-Aoristum II.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Sing.* | N.V. | τυπὼν | τυποῦσα | τυπὸν |
| | G. | τυπόντος, *et cetera* ut Praesens. | | |

DIALECTI ET ALIA OBSERVANDA IN VOCE ACTIVA.

Obs. 1. OMNIUM TEMPORUM prima persona Pluralis *Doricè* erat in μες, et PRIMARIORUM tertia in ντι; unde Latinae terminationes ortae sunt *mus*, *nt*; ut τύπτομες *verberamus*, ἤνθομες *venimus*, τύπτοντι *verberant*, ᾠδήκαντι *tumuerunt*. Interdùm etiam PRAESENTIS et FUTURI tertia Pluralis *Dorica* erat in οισι pro ουσι, ut περιπνέοισι, ναίοισι.

Obs. 2. PRAESENTIS in secundâ personâ Singulari *Dores* pro εις, saepiùs ponunt ες, ut συρίσδες pro συρίζεις; et in tertiâ nonnunquam η pro ει, ut διδάσκη, pro διδάσκει. Et PERFECTUM inflectunt per ης, η, pro ας, ε; ut πεπόνθης, ὀπώπη, pro πέπονθας, ὄπωπε.

Obs. 3. TEMPORUM HISTORICORUM in *Communi* Dialecto reperitur tertia Pluralis in σαν pro ν, ut ἐσχάζοσαν pro ἔσχαζον, ἐδολιοῦσαν pro ἐδολίουν.

Obs. 4. PLUPERFECTI forma *Ionica* erat in εα, εας, εε; unde *Dorica* εια, et contracta *Attica* antiquior in η; sic in Media Voce ab *εἴδω Pluperf. ᾔδειν et *Att.* ᾔδη. Conf. infrà, § 43. *Obs.* 5.

Obs. 5. SUBJUNCTIVI prima persona in *Epicâ* linguâ interdùm fit tanquam Verbum in μι; ut κτείνωμι, pro κτείνω. Conf. infrà, *Obs.* 7.

Obs. 6. Secundae personae, praesertim Modi Subjunctivi, *Dores* addunt θα; ut τύπτησθα pro τύπτῃς; ἔχεισθα pro ἔχεις. Conf. § 72. *Obs.* 1.

Obs. 7. Subjunctivi tertiae personae Singulari *Dores* addunt τι, *Iones* σι; ut τύπτητι, *Dor.*, τύπτησι, *Ion.*, pro τύπτῃ. Conf. *Obs.* 5.

Obs. 8. Subjunctivi primae et secundae personae Pluralis penultima longa apud *Veteres Poëtas* saepè corripitur mutato ω in ο, η in ε; ut εἴδομεν, εἴδετε pro εἰδῶμεν, εἰδῆτε.

Obs. 9. Pro SUBJUNCTIVI ET OPTATIVI PERFECTO, quod rarò legitur, circumlocutio saepiùs fit, sicut in Passivâ Voce, per Participium et eosdem Modos Verbi Substantivi; ut τετυφὼς ὦ pro τετύφω; τετυφὼς εἴην pro τετύφοιμι.

Obs. 10. OPTATIVI Pluperfectum, necnon FUTURUM QUARTAE CONJUGATIONIS (sicuti Verborum Contractorum in έω, όω) desinit in οίην, ης, η, κ. τ. λ., 3 plur. εν; ut ἐκπεφευγοίην pro -οιμι, φανοίην pro -οῖμι.

Obs. 11. Optativo tertium Aoristum est, nomine *Aeolicum*, quod formatur ab Aoristo primo Indicativi, interserendo ει ante α, et abjiciendo Augmentum; ut ἔτυψα, τύψεια.

τύψεια, -ειας, -ειε | -ειάτην, -ειάτην | -είαμεν, -είατε, -ειαν.

Hujus Aoristi persona secunda et tertia Singularis et tertia Pluralis vulgò, apud *Atticos* etiam, alteris formis usitatiores sunt: reliquae personae vix uspiam leguntur.

Obs. 12. INFINITIVUS apud *Veteres Poëtas* desinit in έμεναι et έμεν pro ειν vel εῖν; ut ἐλθέμεναι et ἐλθέμεν pro ἐλθεῖν. Idem apud *Doras* exit in εν, rariùs ην; ut τύπτεν pro τύπτειν, ἁρμόσεν, λάβεν, χαίρην, λαβῆν.

Obs. 13. PARTICIPIA Praesentis Femininum *Doricè* formant in οισα pro ουσα, ut τύπτοισα pro τύπτουσα; et Aoristi primi Masculinum et Femininum in αις, αισα, pro ας, ασα; ut τύψαις, -αισα, pro τύψᾱς, -ᾱσα.

## § 42. PARADIGMA VOCIS MEDIAE.

### Modus Indicativus.

Praesens, *I strike myself.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τύπτομαι | τύπτει (vel -ῃ) | τύπτεται |
| *Dual.* | τυπτόμεθον | τύπτεσθον | τύπτεσθον |
| *Plur.* | τυπτόμεθα | τύπτεσθε | τύπτονται. |

Futurum, *I shall strike myself.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τύψομαι | τύψει (vel -ῃ) | τύψεται |

*Et cetera* ut Praesens.

Futurum Circumflexum.

-οῦμαι, -εῖ, -εῖται, -ούμεθον, -εῖσθον, -εῖσθον, -ούμεθα, -εῖσθε, -οῦνται.

Praeteritum-Perfectum, *I have struck*, vid. § 39. *Obs.* 2.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τέτυπα | τέτυπᾰς | τέτυπε |

*Et cetera* ut Perfectum Activum.

Praeteritum-Imperfectum, *I was striking myself.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | ἐτυπτόμην | ἐτύπτου | ἐτύπτετο |
| *Dual.* | ἐτυπτόμεθον | ἐτυπτέσθην | ἐτυπτέσθην |
| *Plur.* | ἐτυπτόμεθα | ἐτύπτεσθε | ἐτύπτοντο. |

Praeteritum-Pluperfectum, *I had struck*, vid. § 39. *Obs.* 2.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | ἐτετύπειν | ἐτετύπεις | ἐτετύπει |

*Et cetera* ut Pluperfectum Activum.

Praeteritum-Aoristum I. *I struck myself.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | ἐτυψάμην | ἐτύψω | ἐτύψατο |
| *Dual.* | ἐτυψάμεθον | ἐτυψάσθην | ἐτυψάσθην |
| *Plur.* | ἐτυψάμεθα | ἐτύψασθε | ἐτύψαντο. |

Praeteritum-Aoristum II. *I struck myself.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | ἐτυπόμην | ἐτύπου | ἐτύπετο |

*Et cetera* ut Imperfectum.

### Modus Imperativus.

Praesens, *strike thyself.*

| | | |
|---|---|---|
| *Sing.* | τύπτου | τυπτέσθω |
| *Dual.* | τύπτεσθον | τυπτέσθων |
| *Plur.* | τύπτεσθε | τυπτέσθωσαν et τυπτέσθων. |

Praeteritum-Perfectum.

| | | |
|---|---|---|
| *Sing.* | τέτυπε | τετυπέτω |

*Et cetera* ut Praes. Imperat. Activ.; sed rariss. legitur.

Praeteritum-Aoristum I.

| | | |
|---|---|---|
| *Sing.* | τύψαι | τυψάσθω |
| *Dual.* | τύψασθον | τυψάσθων |
| *Plur.* | τύψασθε | τυψάσθωσαν et τυψάσθων. |

Praeteritum-Aoristum II.

| | | |
|---|---|---|
| *Sing.* | τυποῦ | τυπέσθω |

*Et cetera* ut Praesens.

### Modus Subjunctivus.

Praesens, *I may strike myself.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τύπτωμαι | τύπτῃ | τύπτηται |
| *Dual.* | τυπτώμεθον | τύπτησθον | τύπτησθον |
| *Plur.* | τυπτώμεθα | τύπτησθε | τύπτωνται. |

Praeteritum-Perfectum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τετύπω | τετύπῃς | τετύπῃ |

*Et cetera* ut Praes. Act.; sed rarò legitur.

Praeteritum-Aoristum I.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τύψωμαι | τύψῃ | τύψηται |

*Et cetera* ut Praesens.

Praeteritum-Aoristum II.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τύπωμαι | τύπῃ | τύπηται |

*Et cetera* ut Praesens.

### Modus Optativus.

Praesens, *I might strike myself.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τυπτοίμην | τύπτοιο | τύπτοιτο |
| *Dual.* | τυπτοίμεθον | τυπτοίσθην | τυπτοίσθην |
| *Plur.* | τυπτοίμεθα | τύπτοισθε | τύπτοιντο. |

Futurum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τυψοίμην | τύψοιο | τύψοιτο |

*Et cetera* ut Praesens.

Praeteritum-Perfectum.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τετύποιμι | τετύποις | τετύποι |

*Et cetera* ut Praesens Optativi Activi; sed rarò legitur.

Praeteritum-Aoristum I.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τυψαίμην | τύψαιο | τύψαιτο |
| *Dual.* | τυψαίμεθον | τυψαίσθην | τυψαίσθην |
| *Plur.* | τυψαίμεθα | τύψαισθε | τύψαιντο. |

Praeteritum-Aoristum II.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τυποίμην | τύποιο | τύποιτο |

*Et cetera* ut Praesens.

### Modus Infinitivus.

Praesens τύπτεσθαι. Futurum τύψεσθαι.
Praet.-Perf. τετυπέναι. Praet.-Aor. I. τύψασθαι.
Aor. II. τυπέσθαι.

### Participia.

Praesens τυπτόμενος -η -ον, G. -ου -ης -ου.
Futurum τυψόμενος -η -ον, ut Praesens.
Praet.-Perf. τετυπὼς -υῖα -ὸς, ut Perf. Act.

Obs. De formulis contractis in ὰς ᾶσα, ὰς vel ὸς vide p. 101. § 83 (*b.*) τετριγᾶτας Acc. Plur., a τρίζω *strideo* reperitur apud Hom. Il. ii. 314.

Aor. I. τυψάμενος -η -ον, ut Praesens.
Aor. II. τυπόμενος -η -ον, ut Praesens.

## § 43. PARADIGMA VOCIS PASSIVAE.

### Modus Indicativus.

Praesens ut Praesens Medium.

Praeteritum-Perfectum, *I have been struck.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τέτυμμαι | τέτυψαι | τέτυπται |
| *Dual.* | τετύμμεθον | τέτυφθον | τέτυφθον |
| *Plur.* | τετύμμεθα | τέτυφθε | τετυμμένοι† εἰσὶ. |

Praeteritum-Imperfectum ut Imperfectum Medium.

Praeteritum-Pluperfectum, *I had been struck.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | ἐτετύμμην | ἐτέτυψο | ἐτέτυπτο |
| *Dual.* | ἐτετύμμεθον | ἐτετύφθην | ἐτετύφθην |
| *Plur.* | ἐτετύμμεθα | ἐτέτυφθε | τετυμμένοι ἦσαν. |

Praeteritum-Aoristum I. *I was struck.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | ἐτύφθην | ἐτύφθης | ἐτύφθη |
| *Dual.* | | ἐτυφθήτην | ἐτυφθήτην |
| *Plur.* | ἐτύφθημεν | ἐτύφθητε | ἐτύφθησαν. |

Praeteritum-Aoristum II. *I was struck.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | ἐτύπην | ἐτύπης | ἐτύπη |

*Et cetera* ut Aoristum I.

Futurum I. *I shall be struck.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τυφθήσομαι | τυφθήσει (vel ῃ) | τυφθήσεται |

*Et cetera* ut Praesens.

Futurum II. *I shall be struck.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τυπήσομαι | τυπήσει (vel ῃ) | τυπήσεται |

*Et cetera* ut Praesens.

Paulo-post-Futurum, *I shall have been struck.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τετύψομαι | τετύψει (vel ῃ) | τετύψεται |

*Et cetera* ut Praesens.

† Sed de verbis quae ται in tertiâ Sing. purum habent, vide § 43. *Obs.* 8.

## Modus Imperativus.

### Praesens ut Praesens Medium.

### Praeteritum-Perfectum.

| | | |
|---|---|---|
| *Sing.* | τέτυψο | τετύφθω |
| *Dual.* | τέτυφθον | τετύφθων |
| *Plur.* | τέτυφθε | τετύφθωσαν et τετύφθων. |

### Praeteritum-Aoristum I. (Conf. § 43. *Obs.* 10.)

| | | |
|---|---|---|
| *Sing.* | τύφθητι | τυφθήτω |
| *Dual.* | τύφθητον | τυφθήτων |
| *Plur.* | τύφθητε | τυφθήτωσαν et τυφθέντων. |

### Praeteritum-Aoristum II.

| | | |
|---|---|---|
| *Sing.* | τύπηθι | τυπήτω |

*Et cetera* ut Aoristum I.

## Modus Subjunctivus.

### Praesens ut Praesens Medium.

### Praeteritum-Perfectum (Conf. § 43. *Obs.* 12.)

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Sing.* | τετυμμένος | †ὦ | —ᾖς | —ᾖ |
| *Dual.* | τετυμμένω | | —ἦτον | —ἦτον |
| *Plur.* | τετυμμένοι | ὦμεν | —ἦτε | —ὦσι. |

### Praeteritum-Aoristum I.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τυφθῶ | τυφθῇς | τυφθῇ |

*Et cetera* ut Praesens Subjunctivi Activi.

### Praeteritum-Aoristum II.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τυπῶ | τυπῇς | τυπῇ |

*Et cetera* ut Praesens Subjunctivi Activi.

---

† A verbo εἰμὶ *sum*, quod vide infrà, § 80 (*a.*)

### Modus Optativus.

Praesens ut Praesens Medium.

Praeteritum-Perfectum (Conf. § 43. *Obs.* 12.)

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| *Sing.* | τετυμμένος | †εἴην | —εἴης | —εἴη |
| *Dual.* | τετυμμένω | | —εἰήτην | —εἰήτην |
| *Plur.* | τετυμμένοι | εἴημεν | —εἴητε | —εἴησαν |
| | ———— | εἶμεν | —εἶτε | —εἶεν. |

Praeteritum-Aoristum I.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Sing.* | τυφθείην | τυφθείης | τυφθείη |
| *Dual.* | | τυφθειήτην | τυφθειήτην |
| *Plur.* | τυφθείημεν | τυφθείητε | (τυφθείησαν) |
| | ——εἶμεν | ——εἶτε | ——εἶεν. |

Praeteritum-Aoristum II.

*Sing.* τυπείην τυπείης τυπείη

*Et cetera* ut Aoristum I.

Futurum I.

*Sing.* τυφθησοίμην τυφθήσοιο τυφθήσοιτο

*Et cetera* ut Praesens.

Futurum II.

*Sing.* τυπησοίμην τυπήσοιο τυπήσοιτο

*Et cetera* ut Praesens.

Paulo-post-Futurum.

*Sing.* τετυψοίμην τετύψοιο τετύψοιτο

*Et cetera* ut Praesens.

### Modus Infinitivus.

Praesens τύπτεσθαι, ut Praesens Medium.
Praet.-Perf. τετύφθαι. Aor. I. τυφθῆναι. Aor. II. τυπῆναι.
Fut. I. τυφθήσεσθαι. Fut. II. τυπήσεσθαι.
Paulo-post-Fut. τετύψεσθαι.

---

† Ab εἰμὶ *sum*, quod vide infrà, § 80 (*a*.)

## Participia.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Praesens | τυπτόμενος | -η | -ον. |
| Praet.-Perf. | τετυμμένος | -η | -ον, G. -ου -ης -ου. |
| Aor. I. | τυφθεὶς | -εῖσα | -ὲν (vide infrà.) |
| Aor. II. | τυπεὶς | -εῖσα | -ὲν ut Aor. I. |
| Futurum I. | τυφθησόμενος | -η | -ον, G. -ου -ης -ου. |
| II. | τυπησόμενος | -η | -ον, G. -ου -ης -ου. |
| Paulo-post-Fut. | τετυψόμενος | -η | -ον, G. -ου -ης -ου. |

Sic declinatur Participium Aoristi I.

| | | | |
|---|---|---|---|
| | | *Sing.* | |
| N.V. | τυφθεὶς | τυφθεῖσᾰ | τυφθὲν |
| A. | τυφθέντα | τυφθεῖσᾰν | τυφθὲν |
| G. | τυφθέντος | τυφθείσης | τυφθέντος |
| D. | τυφθέντι | τυφθείσῃ | τυφθέντι. |
| | | *Dual.* | |
| N.A.V. | τυφθέντε | τυφθείσα | τυφθέντε |
| G.D. | τυφθέντοιν | τυφθείσαιν | τυφθέντοιν. |
| | | *Plur.* | |
| N.V. | τυφθέντες | τυφθεῖσαι | τυφθέντα |
| A. | τυφθέντᾰς | τυφθείσᾱς | τυφθέντα |
| G. | τυφθέντων | τυφθεισῶν | τυφθέντων |
| D. | τυφθεῖσι | τυφθείσαις | τυφθεῖσι. |

### Dialecti et alia Observanda in Voce Media et Passiva.

Obs. 1. Temporum omnium quorum prima persona exit in *μαι*, secundae antiquior forma erat in *σαι*. Sic olim in Praesenti ac Futuris ab *ομαι* secunda persona fiebat *εσαι*, et ab *ωμαι* in Subjunctivo *ησαι*; *Iones* tollebant *σ*, ac deinde *Attici* contrahebant *εαι* et *ηαι* in *η*; quod, quo Modos faciliùs distinguerent, in Subjunctivo quidem retinuerunt, in Indicativo autem *ει* pro *η* libentiùs scripserunt; praesertim in his Praesentibus *βούλει vis*, *οἴει putas*; in Futuro *ὄψει* ab *ὄπτομαι video*; et in omnibus Futuris circumflexis, ut σπεροῦμαι, σπερεῖ; τελοῦμαι, τελεῖ.

Obs. 2. Simili modo Temporum, quorum prima persona exit in *όμην* vel *άμην*, olim secunda erat illi *εσο*, huic *ασο*; *Iones* tollebant *σ*, et deinde *Attici* contrahebant *εο* in *ου*, *αο* in *ω*; sic Imperf. ἐτυπτόμην, -εσο, *Ion.* -εο, *Att.* -ου; Aor. 1. Med. ἐτυψάμην, -ασο, *Ion.* -αο, *Att.* -ω. Idem quoque factum est in Imperativo; sic τύπτεσο, -εο, -ου. Quod si ε praecedat εαι vel εο, *Ionicè* saepiùs ejicitur; sic φιλέαι, *Ion.* pro φιλέεαι; φιλέο pro φιλέεο. Deinde εο apud *Homerum* nonnunquam producitur in ειο, ut ἔρειο, σπεῖο.

Obs. 3. In primâ personâ Plurali *Poëtae* pro *μεθα* saepè ponunt antiquiorem formam μεσθα; ut τυπτόμεσθα pro -μεθα.

Obs. 4. In tertiâ personâ Plur. pro ν, ante το, *Iones* ponunt α, mutatâ etiam ο vel α vel ει, si praecedat, in ε, ut τυπτοίατο pro τύπτοιντο; ἐτυπτέατο pro ἐτύπτοντο; ἐδυνέατο pro ἐδύναντο; ἐκέατο pro ἔκειντο. Pro terminatione ανται vel ειντᾰι ponunt etiam εαται; ut πεπτέαται pro πέπτανται, κέαται pro κεῖνται.

Obs. 5. Anomalum PERFECTUM MEDIUM οἶδα *novi*, sic inflectitur: *Sing.* οἶδα, οἶσθα, (rar. οἶδας), οἶδε. *Du.* ἴστον, ἴστον. *Pl.* ἴσμεν, (*Ion.* ἴδμεν), ἴστε, ἴσασι.

In Plur. reperiuntur οἴδαμεν, οἴδατε, οἴδασι sed ferè tantum apud *Recent.* Modi reliqui sunt ἴσθι, εἰδῶ, εἰδείην, εἰδέναι, et Participium εἰδώς. Conf. εἰκὼς ab ἔοικα. Vid. § 68. *Obs.* 2. Hinc PLUPERFECTUM ᾔδειν (*Ep.* ἠείδειν) *noram*, quod sic inflectitur;

| | | |
|---|---|---|
| *S.* ᾔδειν *Att.* ᾔδη | *D.* ᾐδείτην et ᾔστην | *P.* ᾔδειμεν et ᾖσμεν |
| ᾔδεις ᾔδης § 72. Obs. 1. | ᾐδείτην et ᾔστην | ᾔδειτε et ᾖστε |
| ᾔδει ᾔδη, et -ειν | | ᾔδεσαν et ᾖσαν. |

Perf. Med. ἔοικα *Epicè* facit in Duali ἔϊκτον pro ἐοίκατον (vid. infr. p. 103, § 83) et Pluperfectum in Sing. ἤϊκτο (*Atticè*), vel ἐΐκτο, et in Duali ἐΐκτην.

Obs. 6. AORISTUM PRIMUM MEDIUM *Epicè* interdùm mutat α in ε in penultimâ; ut ἐβήσετο pro -ατο, Imperat. βήσεο pro -αο.

Obs. 7. PERFECTUM PASSIVUM in reliquis Conjugationibus sic inflectitur:

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 2. Conj. | λέλεγμαι | -εξαι | -εκται, | -έγμεθον | -εχθον | -εχθον, | κ.τ.λ. |
| 3. Conj. | πέπεισμαι | -εισαι | -εισται, | -είσμεθον | -εισθον | -εισθον, | κ.τ.λ. |
| 4. Conj. | ἔσπαρμαι | -αρσαι | -αρται, | -άρμεθον | -αρθον | -αρθον, | κ.τ.λ. |
| 5. Conj. | πέπαυμαι | -αυσαι | -αυται, | -αύμεθον | -αυσθον | -αυσθον, | κ.τ.λ. |

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Imperat. | λέλεξο | -έχθω: | ἔσπαρσο | -άρθω: |
| | πέπεισο | -είσθω: | πέπαυσο | -αύσθω. |

Anomalum Perfectum ἧμαι *sedeo* in tertiâ Singulari facit ἧσται (sed in composito κάθηται); Pluperfectum ἥμην facit ἧστο (in composito ἐκάθητο et ἐκάθηστο).

Obs. 8. Perfecti et Pluperfecti Passivi tertia Pluralis ritè formatur a tertiâ Singulari, inserendo ν ante ται vel το, ut κέκριται, κέκρινται; ἐπεποίητο, ἐπεποίηντο. Quòd si ται vel το sit impurum, ne plures consonantes concurrant (p. 135. § 6.), circumlocutio fit per Participium et εἰσὶ seu ἦσαν. *Iones* verò, eidem incommodo alitèr medentes, more suo pro consonante ν ante ται vel το ponunt vocalem α, tenui simul praeeunte in aspiratam mutatâ, et σ in θ, aliquando in δ; sic

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| a τέτυπται | fit τετυμμένοι | εἰσὶ | pro τέτυπνται, | *Ion.* τετύφαται |
| λέλεκται | λελεγμένοι | εἰσὶ | λέλεκνται, | λελέχαται |
| πέπεισται | πεπεισμένοι | εἰσὶ | πέπεισνται, | πεπείθαται |
| ἐσκεύασται | ἐσκευασμένοι | εἰσὶ | ἐσκεύασνται, | ἐσκευάδαται. |

Praetereà si vocalis longa vel diphthongus praecedat, *Ionicè* corripitur; ut κεκοσμέαται pro κεκόσμηνται, τεθέαται pro τέθεινται. Conf. *Obs.* 4.

Obs. 9. AORISTI PASSIVI tertia persona Pluralis apud *Poëtas* interdùm exit in εν pro ησαν, ut ἔκρυφθεν pro ἐκρύφθησαν.

Obs. 10. IMPERATIVI Aoristum Primum Passivum formatur in τι pro θι ut τύφθητι pro τύφθηθι, ex euphoniae lege. Vid. Infra, p. 134, § 2. *Obs.* 2.

Obs. 11. Subjunctivi in Aoristis Passivis *Iones*, quod solent, circumflexam syllabam resolvunt inserendo ε; sic τυφθῶ, -ῇς, -ῇ fit τυφθέω, -έῃς, -έῃ, κ.τ.λ.

| **λήβω capio* | *λήψομαι* | in compositis | *χωρήσω*, et *-ομαι.* |

Alia sunt, quae utramque Futuri formam vi Activâ promiscuè usurpant; ut *ἁρπάζω rapio, -άσω* et *-άσομαι*.

Sic *βαδίζω ingredior -ίσω* et *-ιοῦμαι* | *διώκω persequor -ξω* et *-ξομαι*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ἐπαινέω *laudo* | -έσω et -έσομαι | πνέω *flo* | -εύσω et -εύσομαι |
| ἑστήκω *sto* | -ξω et -ξομαι | ποθέω *desidero* | -έσω et -έσομαι |
| ζάω *vivo* | ζήσω et ζήσομαι | παραινέω *hortor* | -έσω et -έσομαι |
| *θίγω *tango* | -ξω et -ξομαι | συρίζω *sibilo* | -ξω et -ξομαι |
| κολάζω *punio* | -άσω et -άσομαι | τεθνήκω *morior* | -ξω et -ξομαι |
| κωκύω *ejulo* | -ύσω et -ύσομαι | *τέκω *pario* | -ξω et -ξομαι |
| ναυστολέω *navigo* | -ήσω et -ήσομαι | φροντίζω *cogito* | -ιῶ et -ιοῦμαι. |

## § 57. Praet.-Aoristum i. Act. et Med.

Aoristum Primum Activum formatur a Futuro, mutando ω in α, et praeponendo Augmentum; ut τύψω, ἔτυψα.

Aoristum Primum Medium formatur ab Aoristo Primo Activo, addendo μην; ut ἔτυψα, ἐτυψάμην.

In quartâ Conjugatione penultima Futuri brevis in Aoristo Primo producitur, mutando Futuri

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ᾰ impuram | in η, ut | φαίνω *ostendo*, | φᾰνῶ, | ἔφηνα |
| α puram / post ρ | in ᾱ, | πιαίνω *pinguefacio*, | πιᾰνῶ, | ἐπίᾱνα |
| | | περαίνω *finio*, | περᾰνῶ, | ἐπέρᾱνα |
| ε | in ει, ut | στέλλω *mitto*, | στελῶ, | ἔστειλα |
| ῐ | in ῑ, ut | κρῖνω *judico*, | κρῐνῶ, | ἔκρῑνα |
| ῠ | in ῡ, ut | ἀμῡνω, *arceo*, | ἀμῠνῶ, | ἤμῡνα. |

Eadem mutatio per omnes modos servatur; ut φῆνον, φήνω, φήναιμι, κ.τ.λ. Sed αἴρω *tollo*, ἦρα, ἆρον, ᾽ᾱρω, κ.τ.λ.

Obs. 1. Verba in αίνω in penultimâ Aoristi Primi parum sibi constant, et non raro quae η, ex regulâ, habitura essent, assumunt ᾱ longam, imprimis apud *recentiores*, ut κερδαίνω *lucror*, κερδανῶ, ἐκέρδᾱνα.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Sic ἰσχναίνω *attenuo* | ἴσχνᾱνα | | ὀργαίνω *irrito* | ὤργᾱνα | |
| λευκαίνω *dealbo* | ἐλεύκᾱνα | | πεπαίνω *maturo* | ἐπέπᾱνα | |
| καθαίρω *purgo* | ἐκάθηρα | et -ᾱρα | σημαίνω *significo* | ἐσήμηνα | et -ᾱνα |
| κοιλαίνω *cavo* | ἐκοίληνα | et -ᾱνα | ὑφαίνω *texo* | ὕφηνα | et -ᾱνα |
| σαίνω *quatio* | ἔσηνα | et -ᾱνα | φλεγμαίνω *ardeo* | ἐφλέγμηνα | et -ᾱνα |

Contra quae ᾱ longam debebant, interdùm sumunt η, ut κραίνω *efficio*, ἔκρηνα; κραιαίνω *Epicè*, geminatâ η, ἐρκήηνα.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Sic εὐφραίνω *exhilaro* | εὔφρηνα | et -ᾱνα | μιαίνω *maculo* | ἐμίηνα | et -ᾱνα |
| μαραίνω *exstinguo* | ἐμάρηνα | et -ᾱνα | τιτραίνω *perforo* | ἐτίτρηνα | et -ᾱνα |

Legitur etiam apud recentiores ἔφᾱνα pro ἔφηνα a φαίνω.

Obs. 2. Duo Verba inusitata, quae Futuro carent, formant Aoristum Primum a Praesente, vel Radice; ut *ἔπω vel εἴπω (§ 53 *Obs.*) *dico*, A. 1. εἶπα; *ἐνέγκω *fero*, A. 1. ἤνεγκα; quibus addas quatuor *Epica* Aorista; viz. ἔκηα et ἔκεια, a καίω *uro*; ἔσσευα a σεύω *agito*; ἠλεάμην ab ἀλέομαι *vito*; ἐδατεάμην a δατέομαι *divido*.

Verbum χέω *fundo*, ab anomalo Futuro χέω (§ 55. *Obs.* 4.), rite facit A. 1. ἔχεα, *Ep.* ἔχευα.

## § 58. Praet.-Perfectum Act.

Perfectum Activum formatur a Futuro, praeponendo Reduplicationem, sive Augmentum-pro-Reduplicatione, et mutando in Conjugatione

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Primâ | ψω | in φα, ut | τύψω, | τέτυφα |
| Secundâ | ξω | in χα, ut | πλέξω, | πέπλεχα |
| Tertiâ | σω | in κα, ut | πείσω, | πέπεικα |
| Quartâ | ῶ | in κα, ut | ἀγγελῶ, | ἤγγελκα. |
| Quintâ | σω | in κα, ut | παύσω, | πέπαυκα. |

Obs. 1. Verba Muta, imprimis dissyllaba, quae habent ε in penultimâ Futuri, eandem plerumque mutant in ο in Perfecto Activo; in Passivo tamen eadem partim ε continuò recipiunt, partim insuper ο in α convertunt; sed et haec quoque ε in reliquis Temporibus resumunt; ut κλέπτω *furor*, κλέψω, κέκλοφα, κέκλεμμαι. Sed στρέφω *verto*, στρέψω, ἔστροφα, ἔστραμμαι, ἐστρέφθην, (Conf. § 68. *Obs.* 2);

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Sic βρέχω *rigo* | βρέξω, | (βέβροχα) | βέβρεγμαι | |
| δείδω *timeo* | δείσομαι | δέδοικα | | |
| ἔδω *ἐδέω *edo*, | ἐδέσω, | ἐδήδοκα, | ἐδήδεσμαι, | ἠδέσθην, |
| *ἐνέκω *fero*, | | ἐνήνοχα, | ἐνήνεγμαι, | ἠνέχθην. |
| λέγω *dico*, | λέξω, | εἴλοχα, | εἴλεγμαι (§ 59. *Obs.* 2.) | |
| πέμπω *mitto*, | πέμψω, | πέπομφα, | πέπεμμαι; | |
| Sed τρέπω *verto*, | τρέψω, | τέτροφα, | τέτραμμαι, | ἐτρέφθην. |
| τρέφω *nutrio*, | θρέψω, | τέτροφα, | τέθραμμαι, | ἐθρέφθην. |

*Iones* et *Dores* dicebant etiam ἐστράφθην et ἐτράφθην.

Obs. 2. Verba Liquida, dissyllaba, quae habent ε in penultimâ Futuri, eandem in Perfecto plerumque mutant in α, quae servatur etiam in reliquis Temporibus inde deductis; ut στέλλω *mitto*, στελῶ, ἔσταλκα, ἔσταλμαι, ἐστάλθην.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Sic φθείρω *corrumpo*, | φθερῶ, | ἔφθαρκα | πείρω *transfigo*, | περῶ, | πέπαρμαι |
| τείνω *tendo*, | τενῶ, | τέτακα | σπείρω *sero*, | σπερῶ, | ἔσπαρμαι |
| κτείνω *occido*, | κτενῶ, | ἔκτακα? | *μείρω *divido*, | | εἵμαρμαι. |

Obs. 3. Verba quae Liquidam ν Characteristicam habent, hanc in Perfecto

(*a.*) vel mutant in γ; ut φαίνω *ostendo*, φανῶ, πέφαγκα;

Sic μολῡνω *contamino*, -υνῶ, μεμόλυγκα:

(*b.*) vel omnino ejiciunt, idque non modò in Perfecto, sed etiam in reliquis Temporibus inde deductis; ut κρίνω *judico*, κρῐνῶ, κέκρῐκα, κέκρῐμαι, ἐκρῐθην (et *Poët.* -νθην);

Sic πλῡνω *lavo*, πλῠνῶ, πέπλῠκα, πέπλῠμαι, ἐπλῠθην (et *Poët.* -νθην).

Adde κλίνω *reclino*, τείνω *tendo*, et fortasse κτείνω *occido*: Conf. *Obs.* 2:

(*c.*) vel denique Perfectum formant quasi a novo themate in έω; ut μένω *maneo*, quasi a μενέω, format Perf. μεμένηκα.

Et hoc modo conjugantur, quae habent μ Characteristicam; ut νέμω *distribuo*, format Perf. νενέμηκα, *δρέμω *curro*, δεδράμηκα; *Obs.* 2.

## § 59. De Reduplicatione.

Reduplicatio est prima consonans verbi *reduplicata* cum ε.

Reduplicatione utuntur verba quae incipiunt

(*a.*) vel a simplici consonante, exceptâ ρ; ut *τύψω, τέτυφα,* sed *ῥίψω, ἔῤῥιφα;*

(*b.*) vel a mutâ cum liquidâ, exceptis γν, et plerumque βλ, γλ; ut *γράψω, γέγραφα;* sed *γνωρίζω, notifico, γνωρίσω, ἐγνώρικα.*

Cetera verba Augmento-pro-Reduplicatione utuntur; scilicet incipientia

| | | | |
|---|---|---|---|
| a duplici consonante, | ut *ψάλλω psallo,* | *ψᾰλῶ,* | *ἔψαλκα* |
| a binis sine liquidâ, | ut *σκάπτω fodio,* | *σκάψω,* | *ἔσκᾰφα* |
| a vocali vel diphthongo, | ut *ἀμείβω muto,* | *ἀμείψω,* | *ἤμειφα.* |

Si Verbum incipiat ab *aspiratâ,* assumit suam tenuem in Reduplicatione; ut *θύω sacrifico, θύσω, τέθῠκα.*

Obs. 1. Excipiuntur quatuor verba, quorum duo a binis mutis, duo a binis liquidis incipiunt, quae tamen sumunt Reduplicationem; ut

| | |
|---|---|
| *κτάομαι acquiro, κέκτημαι* (*Ion. ἔκτημαι*) | *μνάομαι recordor, μέμνημαι* |
| **πτόω, πίπτω, cado, πέπτωκα* | *μνηστεύω spondeo, μεμνήστευκα.* |

Obs. 2. Quatuor verba a liquidâ λ vel μ incipientia pro Reduplicatione sumunt εἰ diphthongum; ut

*λέγω dico* (*εἴλοχα* tantum in Compositis), P.P. *λέλεγμαι* et *εἴλεγμαι.*
**λήβω, λαμβάνω capio, εἴληφα* (*Ion. λελάβηκα*), *εἴλημμαι* et *λέλημμαι.*
**λήχω, λαγχάνω sortior, εἴληχα.* *μείρω divido* (*εἵμαρμαι*), 3. pers. *εἵμαρται,* cum spiritu aspirato. Conf. **ῥέω dico, εἴρηκα* (pro *ἔῤῥηκα*).

Obs. 3. Quaedam verba, hyperdissyllaba, incipientia ab ᾰ brevi, ε, ο, praeter temporale Augmentum, novam Reduplicationem, sive duas priores literas thematis, adsciscunt, praesertim apud *Atticos,* unde Attica Reduplicatio vocata est; ut *ἀλέω molo, *ἤλεκα, ἀλήλεκα;* Conf. § 68. *Obs.* 3.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Sic *ἀρόω aro* | **ἤροκα,* | *ἀρήροκα* | **ἐνέκω, fero* § 58. *Obs.* 1. | | *ἐνήνοχα* |
| *ἀγείρω colligo* | **ἤγερκα,* | *ἀγήγερκα* | *ἐρείδω firmo* | **ἤρεικα,* | *ἐρήρεικα* |
| *ἐγείρω excito* | **ἤγερκα,* | *ἐγήγερκα* | *ἐρίζω contendo* | **ἤρισμαι,* | *ἐρήρισμαι* |
| *ἐδέω, edo,* § 58. *Obs.* 1. | | *ἐδήδοκα* | **ὀλέω perdo* | **ὤλεκα,* | *ὀλώλεκα* |
| **ἐλάω agito* | **ἤλακα,* | *ἐλήλακα* | **ὀμόω, juro* | **ὤμοκα,* | *ὀμώμοκα* |
| *ἐμέω vomo* | **ἤμεκα,* | *ἐμήμεκα* | *ὀρύττω fodio* | **ὤρυχα,* | *ὀρώρυχα;* |

Et penultimâ longâ correptâ, *ἀλείφω ungo, ἤλοιφα, ἀλήλιφα.* Quibus addi potest *συνόχωκα,* pro *συνόκωχα,* a *συνέχω contineo, ἀλάλημαι Ep.* ab *ἀλάομαι erro,* et Anomalum Perf. *ἀγήοχα* (pro *ἄγηχα*) ab *ἄγω duco.* Adde etiam unum, quod incipit a Diphthongo *αι; αἱρέω capio, Ion. ἀραίρηκα.*

Reduplicatio, sive Augmentum-pro-Reduplicatione, locum habet in Perfecto, Pluperfecto, ac Paulo-post-Futuro; et servatur per omnes modos.

## § 60. Praet.-Pluperfectum Act.

Pluperfectum Activum formatur a Perfecto, mutando *α* in *ειν*, et praeponendo Augmentum; ut *τέτυφα ἐτετύφειν*, *ἔρριφα ἠρρίφειν*.

Obs. 1. De Augmento interdùm abjecto conf. § 53. *Obs.* 9.

Obs. 2. Attica Reduplicatio Perfecti in Pluperfecto retinetur, sed interdùm sine Augmento; ut *ὀρώρυχα*, *ὠρωρύχειν*, et interdum *ὀρωρύχειν*.

## § 61. Praet.-Perfectum Pass.

Perfectum Passivum formatur a Perfecto Activo, mutando in Conjugatione

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Primâ | *φα* purum | in *μμαι* | ut *τέτυφα*, | *τέτυμμαι* |
| | impurum | in *μαι* | ut *τέτερφα*, | *τέτερμαι* |
| Secundâ | *χα* | in *γμαι* | ut *πέπλεχα*, | *πέπλεγμαι* |
| Tertiâ | *κα* | in *σμαι* | ut *πέπεικα*, | *πέπεισμαι* |
| Quartâ | *κα* | in *μαι* | ut *ἤγγελκα*, | *ἤγγελμαι* |
| Quintâ | *κα* penult. longâ | in *μαι* | ut *πεφίληκα*, | *πεφίλημαι* |
| | penult. brevi | in *σμαι* | ut *τετέλεκα*, | *τετέλεσμαι*. |

Obs. 1. Tria Verba *ο* penultimae Perfecti Activi, in Perfecto Passivo mutant in *α*; ut *ἔστροφα*, a *στρέφω*, *ἔστραμμαι*; *τέτροφα*, a *τρέπω*, *τέτραμμαι*; *τέτροφα*, a *τρέφω*, *τέθραμμαι*. Conf. § 58. *Obs.* 1. Quibus addi potest *τέταλμαι*, a *τέλλω* *excieo*.

Obs. 2. Duo Verba Poëtica, ad Tertiam Conjugationem pertinentia, pro *σ* ante *μαι* retinent *δ*, vel *θ* Praesentis sui; *κορύσσω*, **κορύθω* *galeâ armo*, *κεκόρυθμαι*; *φράζω*, **φράδω* *dico*, *πέφραδμαι*. Quibus addi potest *κέκαδμαι* *Dor.* pro *κέκασμαι*, tanquam a **κάζω*, **κάδω* *excello*. Conf. *καίνυμαι*. p. 97. *Obs.*

Obs. 3. Verborum in *αίνω*, *ύνω* Characteristica *ν*, quae facta est *γ* in Perfecto Activo, in Perfecto Passivo reducitur quidem ante ceteras consonantes, sed ante *μ*

(*a.*) vel iterum mutatur in *σ*; ut

*φαίνω*, *πέφαγκα*, *πέφασμαι*, *-σμεθα*; *-σμένος*; sed *-νσαι*, *-νται*. Sic

| | | | |
|---|---|---|---|
| *λυμαίνομαι purgo* | *λελύμασμαι* | *παχύνω pinguefacio* | *πεπάχυσμαι* |
| *μιαίνω inquino* | *μεμίασμαι* | *περαίνω finio* | *πεπέρασμαι* |
| *μολύνω polluo* | *μεμόλυσμαι* | *ῥαίνω madefacio* | *ἔῤῥασμαι*. |

(*b.*) vel mutatur in *μ*; ut

*αἰσχύνω pudefacio*, *ᾔσχυμμαι*; *ξηραίνω exefacio*, *ἐξήραμμαι*.

(*c.*) vel omninò ejicitur; ut

*τραχύνω aspero*, *τετράχυμαι*.

Obs. 4. Quaedam verba quintae Conjugationis, etsi penultimam habent longam in Perfecto Activo, sumunt tamen σ in Perfecto Passivo, et Temporibus inde deductis; ut ἀκούω *audio*, ἤκουκα, ἤκουσμαι, ἠκούσθην, ἀκουσθήσομαι.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sic *βύω, βυνέω *obturo* | βέβυσμαι | πλέω *navigo* | πέπλευσμαι |
| *γνόω *nosco* | ἔγνωσμαι | πρίω *serro* | πέπρισμαι |
| *ζόω *cingo* | ἔζωσμαι | πταίω *impingo* | (ἔπταισμαι) |
| θραύω *frango* | τέθραυσμαι | ῥαίω *frango* | (ἔῤῥαισμαι) |
| κναίω, κνάω *rado* | κέκναισμαι | σείω *quatio* | σέσεισμαι |
| κελεύω *jubeo* | κεκέλευσμαι | ὕω *pluo* | (ὕσμαι) |
| κυλῖω *voluto* | κεκύλισμαι | χόω *cumulo* | κέχωσμαι |
| λεύω *lapido* | λέλευσμαι | χράω *commodo* | κέχρησμαι |
| ξύω *rado* | ἔξυσμαι | χρίω *unguo* | κέχρισμαι |
| παίω *percutio* | πέπαισμαι | ψαύω *tango* | ἔψαυσμαι |
| παλαίω *luctor* | πεπάλαισμαι | | |

quaedam modò sumunt, modò omittunt σ; ut δράω *facio*, δέδρᾱμαι et -σμαι;

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sic κλαίω *fleo* | κέκλαυμαι et -σμαι | ψάω *tergo* | ἔψημαι et -σμαι |
| κολούω *amputo* | κεκόλουμαι et -σμαι | | |
| κλείω *claudo* | κέκλειμαι et -σμαι sed solum ἐκλείσθην | | |
| κρούω *pulso* | κέκρουμαι et -σμαι sed solum ἐκρούσθην. | | |

Contrà quaedam, etsi penultimam Perfecti Activi brevem habent, faciunt tamen μαι, omissâ σ; ut λύω *solvo*, λέλῠκα, λέλῠμαι, ἐλῠθην. Conf. § 47. (*e.*) 7.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sic αἰνέω *laudo* | ᾔνεκα | | ᾐνέθην. Conf. § 47. (*e.*) 3. |
| ἀρόω *aro* | ἀρήροκα | ἀρήρομαι | ἠρόθην. Conf. § 47. (*e.*) 6. |
| δέω *ligo* | δέδεκα | δέδεμαι | ἐδέθην. Conf. § 47. (*e.*) 3. |
| *ἐλάω *agito* | ἐλήλακα | ἐλήλᾰμαι | ἠλάθην, et *Ion.* ἠλάσθην |
| θύω *sacrifico* | τέθῠκα | τέθῠμαι | ἐτῠθην. Conf. § 47. (*e.*) 7. |
| σεύω *agito* | | ἔσσῠμαι | ἐσσῠθην et ἐσῠθην. |
| φθίω *pereo* vel *perdo* § 94. (*b.*) ἐφθῐμαι. Conf. § 47. (*e.*) 5. | | | |
| χέω *fundo* | κέχῠκα | κέχῠμαι | ἐχῠθην. Conf. § 47. (*e.*) 4. |

quibus adde *πετάω *extendo*, cum duplici formâ, πεπέτασμαι, et πέπταμαι, per Syncopen, pro πεπέτᾰμαι. Conf. § 83.

Obs. 5. Duo in Perfecto Passivo corripiunt penultimam, quae in activo longa est; ut δύω *subeo*, δέδῡκα, δέδῠμαι; *πόω *bibo*, πέπωκα, πέπομαι. Conf. § 79. 3.

Obs. 6. Quaedam verba *Poëtica*, quae in penultimâ habent diphthongum ευ, in Perfectis Passivis usurpant tantum υ vocalem, abjectâ ε; ut πεύθομαι *audio*, πέπυσμαι.

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| Sic σεύω *agito* | ἔσσῠμαι | ἐσσῠθην | φεύγω *fugio* | πέφυγμαι. |
| τεύχω *fabricor* | τέτευχα | τέτυγμαι | | |

Obs. 7. Duo sunt Anomala, ἧμαι *sedeo*, κεῖμαι *jaceo*, (tanquam ab *ἕω, *κέω,) quae sub formâ Perfecti vim Praesentis habent, et sic conjugantur;

(*a.*) ἧμαι, ἧσο (in Compos. κάθου, κάθωμαι, καθοίμην), ἧσθαι, ἥμενος.

(*b.*) κεῖμαι, κεῖσο, κέωμαι, κοίμην, κεῖσθαι, κείμενος; Fut. κείσομαι.

## § 62. Praet.-Pluperfectum Pass.

Pluperfectum Passivum formatur a Perfecto, mutando *μαι* in *μην*, et praeponendo Augmentum; ut *τέτυμμαι, ἐτετύμμην.*

Obs. Quaedam verba apud *Epicos Poëtas* sub formâ Pluperfecti Passivi, abjectâ Reduplicatione, vim Aoristi habent; ut *δέχομαι, ἐδέγμην* pro *ἐδεδέγμην, accepi.* 3 Sing. *δέκτο*, Imperat. *δέξο*, Infin. *δέχθαι.* Sic *λέγομαι cubo, ἐλέγμην; πάλλω vibro, ἐπάλμην; *μίγω misceo, ἐμίγμην.* Conf. § 83.

## § 63. Paulo-Post-Futurum.

Paulo-post-Futurum formatur a secundâ personâ singulari Perfecti Passivi, mutando *αι* in *ομαι*; ut *τέτυψαι, τετύψομαι.*

## § 64. Praet.-Aoristum Primum Pass.

Aoristum Primum Passivum formatur a tertiâ personâ singulari Perfecti, mutando *αι* in *ην*, tenues in aspiratas, et detrahendo literam Reduplicationis; ut *τέτυπται, ἐτύφθην.*

Obs. 1. Quaedam verba quintae Conjugationis *σ*, contra regulam, etsi in Perfecto non assumpserant, sumunt tamen in penultimâ Aoristi Primi; ut **μνάω in memoriam voco, μέμνημαι, ἐμνήσθην.* Sic

| | |
|---|---|
| *πνέω flo*, Poët. *πέπνῡμαι ἐπνεύσθην* | *χράομαι utor, κέχρημαι ἐχρήσθην* |
| *ῥωννῡω roboro, ἔρρωμαι ἐρρώσθην* | *παύω sisto, πέπαυμαι ἐπαύσθην* |

et *ἐπαύθην.* Contrà *σώζω servo, σέσωσμαι, ἐσώθην*: quod tamen ab antiquo *σώω*, unde et *Atticum* Perfectum *σέσωμαι*, deduci potest.

Obs. 2. Pauca sunt Aorista Prima Passiva, quae penultimam Perfecti longam corripiunt; ut *εὑρίσκω invenio, εὕρημαι, εὑρέθην.*

| | |
|---|---|
| Sic **θέω pono τέθειμαι, ἐτέθην* | **ἕω mitto εἷμαι, εἵθην* et *ἕθην* |
| **σχέω habeo ἔσχημαι, ἐσχέθην* | **ῥέω dico εἴρημαι, ἐρρήθην* et *-έθην.* |

Conf. *αἰνέω, ᾔνημαι, ᾐνέθην; αἱρέω, ᾕρημαι, ᾑρέθην.* Vid. § 47. (c.) 3. **ὀμόω juro*, P.P. *ὀμώμοσμαι* (Conf. § 59. *Obs.* 3.) sed in tertiâ personâ *ὀμώμοται*, unde Aor. 1. *ὠμόθην.*

Obs. 3. Haec duo *θύω* et **θέω, τίθημι*, abjectâ Praesentis aspiratione, faciunt Aoristum 1. Pass. *ἐτύθην, ἐτέθην*; unde Fut. 1. *τυθήσομαι, τεθήσομαι.*

## § 65. Futurum Primum Pass.

Futurum Primum Passivum formatur ab Aoristo Primo, mutando *ην* in *ησομαι*, et abjiciendo Augmentum; ut *ἐτύφθην, τυφθήσομαι.*

## § 66. Praet.-Aoristum 2. Act. Med. et Pass.

Aoristum Secundum Activum formatur a Praesente, mutando ω in *ον*, et praeponendo Augmentum; sed a Praesentis ferè antiquiore ac simpliciore formâ, quae *Radix* appellatur; ut **τύπω*, *Radix* verbi *τύπτω*, *ἔτυπον*.

Aoristum Secundum Medium formatur ab Aoristo Secundo Activo, mutando *ον* in *ομην*, ut *ἔτυπον*, *ἐτυπόμην*.

Aoristum Secundum Passivum formatur ab Aoristo Secundo Activo, mutando *ον* in *ην*, ut *ἔτυπον*, *ἐτύπην*.

Obs. 1. Paucissima sunt verba, quorum Aorista Secunda Activum et Passivum ambo reperiuntur; sic a *στρέφω* reperitur *ἐστράφην*, non autem **ἔστραφον*; a *λείπω* reperitur *ἔλιπον*, non autem **ἐλίπην*.

Obs. 2. Verba impura, imprimis dissyllaba, quae habent ε in penultimâ Praesentis, vel *Radicis*, eandem in Aoristo Secundo plerumque mutant in α; ut *δέρω excorio*, *ἐδάρην*, *σπείρω *σπέρω sero*, *ἐσπάρην*. Conf. § 68. *Obs.* 2.

Obs. 3. Quaedam Aorista secunda in *Epicâ* linguâ sumunt Reduplicationem, quae per omnes modos servatur; ut *πείθω persuadeo*, Aor. 2. Act. *πέπιθον*, pro *ἔπιθον*, *πέπιθε*, *πεπίθω*, κ. τ. λ; Med. *πεπιθόμην*, κ. τ. λ.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Sic *κάμνω laboro* | *κέκαμον* | *μάρπτω prehendo* | *μέμαρπον* |
| *κεύθω celo* | *κέκυθον* | *πλήσσω percutio* | *πέπληγον* |
| *κλύω audio* Imperat. | *κέκλῠθι* | *τέρπω delecto* | *τεταρπόμην* |
| *λαγχάνω sortior* | *λέλαχον* | *τυγχάνω consequor* | *τέτυχον* |
| *λαμβάνω recipio* | *λελαβόμην* | *φείδομαι parco* | *πεφιδόμην* |
| *λανθάνω lateo* | *λέλαθον* | **χάζω recedo* | *κέκαδον.* |

Adde *πάλλω vibro πέπαλον*, (*ἀμπεπαλών*); *φράζω dico*, *πέφραδον*, quod etiam, Augmento cumulatum, fit *ἐπέφραδον*; Conf. *ἐμέμηκον* a *μηκάομαι balo*, *ἐκεκλόμην* a *κέλομαι jubeo*; *ἠρύκακον*, unde Infin. *ἐρυκακέειν*, ab *ἐρύκω arceo* reduplicatione in medio adhibitâ; *ἠνίπαπον*, ab *ἐπίπτω*, *objurgo*.

Obs. 4. Interdùm etiam Aoristo Secundo Attica Reduplicatio praefigitur, Augmento simul e secundâ in primam syllabam promoto; ut *ἄγω duco*, *ἦγον*, *ἤγᾰγον*; **ἄρω apto*, *ἦρον*, *ἤρᾰρον*.

Eadem Reduplicatio servatur per omnes modos, Augmento tantum deposito; ut *ἤγαγον*, *ἄγαγε*, *ἀγάγω*, *ἀγάγοιμι*, *ἀγαγεῖν*, *ἀγαγὼν*.

Obs. 5. Verbum *πίπτω*, pro **πιπέτω* (Vid. § 47. *a.*) facit Aor. 2. *ἔπεσον*, pro *ἔπετον*, quod tantum *Doricum* est.

## § 67. Futurum Secundum Pass.

Futurum Secundum Passivum formatur ab Aoristo Secundo (sicut Futurum Primum ab Aoristo Primo), mutando *ην* in *ησομαι*, et abjiciendo Augmentum; ut *ἐτύπην*, *τυπήσομαι*.

## § 68. Praet.-Perfectum Medium.

Perfectum Medium formatur a Praesente, vel *Radice*, mutando ω in α, et praeponendo Reduplicationem, sive Augmentum-pro-Reduplicatione; ut φεύγω *fugio*, πέφευγα; *βάω, *Radix* verbi βαίνω *eo*, βέβαα.

Obs. 1. Verba impura in Perfecto Medio penultimam Praesentis vel Radicis brevem saepe producunt; mutando scilicet

ᾰ in η, ut φαίνω *ostendo*, Radix *φὰνω, P.M. πέφηνα
ε in η, ut μέλω *curae sum*, μέμηλα
ι in οι, ut λείπω *linquo*, Radix *λῐπω, λέλοιπα. Conf. *Obs.* 2.

Obs. 2. Verba impura, imprimis dissyllaba, quae habent ε in penultimâ Praesentis vel Radicis, eandem in Perfecto Medio semper mutant in ο; ut δέρω *excorio*, δέδορα, σπείρω *sero*, *σπέρω, ἔσπορα. (Conf. § 58. *Obs.* 1.); praeterquam in μέμηλα a μέλω *curae sum*. Sic

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| βρέχω *rigo*, | ἐβράχην | | *πένθω *patior*, | ἔπαθον | πέπονθα |
| *γένομαι *nascor*, | *ἐγανόμην | γέγονα | πέρθω *vasto*, | ἔπραθον | πέπορθα |
| δέμω *aedifico*, | | (δέδομα) | στέλλω *mitto*, | ἐστάλην | *ἔστολα |
| δέρκομαι *video*, | ἔδρακον | δέδορκα | στέργω *diligo*, | ἔστοργα | |
| *δρέμω *curro*, | ἔδραμον | *δέδρομα | στρέφω *verto*, | ἐστράφην § 58. *Obs.* 1. | |
| κλέπτω *furor*, | ἐκλάπην | *κέκλοπα | τέρπω *delecto*, | ἐτάρπην | |
| κτείνω *occido*, | ἔκτανον | ἔκτονα | τρέπω *verto*, | ἔτραπον | *τέτροπα |
| *λέγχω *sortior*, | ἔλαχον | λέλογχα | τρέφω *nutrio*, | ἐτράφην § 58. *Obs.* 1. | |
| μείρομαι *sortior*, | | ἔμμορα | φθείρω *corrumpo* | ἐφθάρην | ἔφθορα. |
| πέμπω *mitto*, | | *πέπομπα | | | |

Quaedam autem in Aoristo Secundo retinent ε; ut βλέπω *video*, ἐβλέπην. Sic

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| λέγω *dico*, | ἐλέγην | | ψέγω *vitupero*, | ἐψέγην | (ἔψογα) |
| λέπω *decortico*, | ἐλέπην | *λέλοπα | πλέκω *plico*, | ἐπλέκην et ἐπλάκην | |
| *τέκω *pario*, | ἔτεκον | τέτοκα | τέμνω *seco*, | ἔτεμον et ἔταμον. | |
| φλέγω *uro*, | ἐφλέγην | *πέφλογα | | | |

His addi possunt Anomala Perfecta Media ἔοικα, Ion. οἶκα, et Att. rar. εἶκα (Part. εἰκὼς; Conf. εἰδὼς ab οἶδα, § 43. *Obs.* 5.), ἔολπα, ἔοργα, et οἶδα (Conf. § 53. *b. Obs.* 7.), ἐγρήγορα ab ἐγείρω *excito*, et ἀνήνοθα ab *ἀνέθω *prosilio*. Conf. εἴωθα ab *ἔθω *assuesco*, ἔῤῥωγα a *ῥήγω *frango*, ὄχωκα ab ἔχω *habeo*.

Obs. 3. Interdùm etiam in Perfecto Medio *Attica Reduplicatio* fit; ut ἄρᾶρα, ab *ἄρω *apto*. Sic

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ἔχω *habeo*, | ὄχωκα | οἴχομαι *abeo*, | οἴχωκα | *ὄπτω *video*, | ὄπωπα |
| ὄζω *oleo*, | ὄδωδα | *ὄλω *perdo*, | ὄλωλα | *ὄρω *excito*, | ὄρωρα, |

et, penultimâ correptâ, ἀκούω *audio*, ἀκήκοα, *ἐλεύθω *venio*, ἐλήλυθα.

Obs. 4. De Perfectis Mediis, quae plerumque Syncopen admittunt, vide § 81. *b*.

## § 69. Praet.-Plusquamperfectum Medium.

Plusquamperfectum Medium formatur a Perfecto (sicut Plusquamperfectum Activum a Perfecto Activo), mutando α in ειν, et praeponendo Augmentum; ut τέτυπα, ἐτετύπειν.

## § 70. De Antiquiore Forma Verborum.

Antiquior forma, sive *Radix*, Verborum, penultimam plerumque brevem habet, et raró ultra duas syllabas extenditur; itaque tribus ferè modis deprehendi potest:

(*a.*) Vel reducendo vocalem longam aut diphthongum penultimae in vocalem brevem; sic reducitur

| | | | *Aor. 2.* | *Perf. Med.* |
|---|---|---|---|---|
| η in α, | ut λήθω *lateo* | in *λάθω, | ἔλαθον, | λέληθα |
| ῑ in ῐ, | ut πνῖγω *suffoco* | in *πνῐ́γω, | ἐπνῐ́γην | |
| αι in α, | ut φαίνω *ostendo* | in *φάνω, | ἐφάνην, | πέφηνα |
| ει in ι, ante mutam, | | | | |
| | ut λείπω *linquo* | in *λίπω, | ἔλιπον, | λέλοιπα |
| in ε ante liquidam, | | | | |
| | ut σπείρω *sero* | *σπέρω, | ἐσπάρην, | (ἔσπορα) |
| ευ in υ, | ut φεύγω *fugio* | in *φύγω, | ἔφυγον, | πέφευγα |

(*b.*) Vel duarum consonantium abjiciendo posteriorem; mutando geminas πτ, item σσ, ττ, in cognatam Characteristicam ejusdem Conjugationis; et pro duplici ζ reponendo simplicem δ, aliquando γ, vel γγ; sic

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| abjicitur | λ ut | βάλλω *jacio*, | *βάλω, | ἔβαλον, | *βέβολα |
| | ν ut | κάμνω *laboro*, | *κάμω, | ἔκαμον | |
| | τ ut | τίκτω *pario*, | *τέκω, | ἔτεκον, | τέτοκα |
| | | τύπτω *verbero*, | *τύπω, | ἔτυπον | |
| | | κλέπτω *furor*, | *κλέπω, | ἐκλάπην, | *κέκλοπα. |
| πτ fit | β ut | βλάπτω *noceo*, | βλάβω, | ἐβλάβην | |
| | | κρύπτω *celo*, | *κρύβω, | ἐκρύβην (-εν) | |
| | | καλύπτω *celo*, | *καλύβω, | ἐκαλύβην | |
| | φ ut | βάπτω *tingo*, | *βάφω, | ἐβάφην | |
| | | θάπτω *sepelio*, | *τάφω, | ἐτάφην | |
| | | θρύπτω *frango*, | *τρύφω, | ἐτρῠ́φην | |
| | | ῥάπτω *suo*, | *ῥάφω, | ἐῤῥάφην | |
| | | ῥίπτω *jacio*, | *ῥίφω, | ἐῤῥίφην | |
| | | σκάπτω *fodio*, | *σκάφω, | ἐσκάφην. | |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| σσ, ττ fit | κ ut | φρίσσω *horreo*, | *φρίκω, | | πέφρῖκα |
| | γ ut | νύσσω *pungo*, | *νύγω, | ἐνύγην | |
| | | πλήσσω *percutio*, | *πλήγω, | ἐπλήγην, | πέπληγα |
| | | σφάττω *macto*, | *σφάγω, | ἐσφάγην | |
| | | τάσσω *ordino*, | *τάγω, | ἐτάγην | |
| | | φράσσω *munio*, | *φράγω, | ἐφράγην | |
| | χ ut | ὀρύσσω *fodio*, | *ὀρύχω, | ὠρύχην | |
| | | ταράσσω *turbo*, | *ταράχω, | (ταραχὴ). | |

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ζ fit | δ ut | φράζω *dico*, | *φράδω, | πέφραδον | |
| | | χάζομαι *recedo*, | *χάδω, | κέχαδον | |
| | γ ut | κλάζω *sono*, | *κλάγω, | ἔκλαγον, | κέκληγα |
| | | κράζω *clamo*, | *κράγω, | ἔκραγον, | κέκρᾱγα |
| | | τρίζω *strideo*, | *τρίγω, | | τέτρῑγα |
| | γγ ut | κλάζω *sono*, | *κλάγγω, | | κέκλαγγα |
| | | πλάζω *decipio*, | *πλάγγω | | |
| | | σαλπίζω *buccino*, | *σαλπίγγω. | | |

Conf. § 45. *Obs.* 2. § 47. (*c.*) 1. 2.

(*c.*) Vel ejiciendo penultimam syllabam insititiam; sic

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ejicitur | α, ut | μυκάομαι *mugio*, | *μύκω, | ἔμυκον, | μέμῡκα |
| | ε, ut | γηθέω *gaudeo*, | *γήθω, | | γέγηθα |
| | αν, ut | ἁμαρτάνω *erro*, | *ἁμάρτω, | ἥμαρτον | |
| | αιν, ut | ὀσφραίνομαι *odoror*, | *ὄσφρω, | ὠσφρόμην | |
| | νε, ut | ἱκνέομαι *venio*, | *ἵκω, | ἱκόμην | |
| | ισκ, ut | εὑρίσκω *invenio*, | *εὕρω, | εὗρον. | |

(*a.*) Obs. 1. Excipe πλήσσω *percutio*, quod facit ἐπλήγην (vide *b.*), et *Ep.* A. 2. Act. πέπληγον (§ 66. *Obs.* 3.), sed ἐπλᾰγην in Compositis. Radix *πρᾱγω, unde πράσσω, naturâ longa est.

Verbum τρώγω *rodo*, facit ἔτραγον, quasi a τρήγω. Conf. *ῥήγω *frango*, A. 2. ἐρράγην, P.M. ἔρρωγα.

Obs. 2. Adde *radicem* *θάφω, ἔταφον, τέθηπα, *obstupui.*

Obs. 3. In nonnullis prior consonans, non posterior, ejicienda est. Sic

| | | | |
|---|---|---|---|
| *λέγχω *sortior* | *λέχω | ἔλαχον | λέλογχα |
| *πένθω *patior* | *πέθω | ἔπαθον | πέπονθα. |

(*b.*) Obs. 4. An praeterea aspirata χ reduci debeat in Cognatam Mediam γ, vix satis liquet; ψύχω *refrigero*, facit fortasse ἐψύγην, et -χην.

## VERBA IN MI.

§ 71. Verba in *μι* fiunt a verbis, vel radicibus, quintae Conjugationis, in ω, mutando ω in *μι*, et producendo brevem penultimam, ut *φᾰω, φημὶ *dico:* et plerumque Reduplicationem praefigendo, modò Radix sit dissyllaba, ut *δόω *do*, δίδωμι.

Reduplicatio duplex est, Propria et Impropria.

(*a.*) Propria, cùm repetitur prima consonans thematis (vel, si sit aspirata, ejus tenuis), cum ι; ut

*δόω *do*, δίδωμι; *θέω *pono*, τίθημι.

(*b.*) Impropria, cùm ι aspirata tantùm praefigitur; quod fit cùm Verbum incipiat vel a στ, πτ, ut *στᾰω, ἵστημι *statuo;* *πτᾰω, ἵπτᾰμαι *volo;* vel ab aspiratâ vocali, ut *ἕω, ἵημι *mitto.*

Quatuor sunt Formationes Verborum in *μι*:

Prima, in ημι, ab αω, ut ἵστημι, a *στάω *statuo.*
Secunda, in ημι, ab εω, ut τίθημι a *θέω *pono.*
Tertia, in ωμι, ab οω, ut δίδωμι a *δόω *do.*
Quarta, in υμι, ab υω, ut δείκνῡμι a δεικνῠω *ostendo.*

Obs. Omnia ferè Verba quartae Formationis, utpote hyperdissyllaba, carent Reduplicatione. Nimirum verba in ύω, a quibus illa profluunt, ferè ipsa ab alio themate profecta sunt, interpositis *νυ* vel *ννυ* ante ω; ut δεικ-νύ-ω, a δείκω; unde reliqua Tempora formantur; ut Fut. δείξω, Aor. 1. ἔδειξα, κ.τ.λ. Sic

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ἄγ | -νυ -μι *frango* | ab | *ἄγω | ἕ | -ννυ -μι *induo* | ab | *ἕω |
| δαί | -νυ -μι *victum do* | a | *δαίω | ζώ | -ννυ -μι *cingo* | a | *ζόω |
| εἴργ | -νυ -μι *cohibeo* | ab | *εἴργω | κερά | -ννυ -μι *misceo* | a | *κεράω |
| ζεύγ | -νυ -μι *jungo* | a | *ζεύγω | κορέ | -ννυ -μι *satio* | a | *κορέω |
| μίγ | -νυ -μι *misceo* | a | *μίγω | κρεμά | -ννυ -μι *suspendo* | a | *κρεμάω |
| οἴγ | -νυ -μι *aperio* | ab | *οἴγω | πετά | -ννυ -μι *extendo* | a | *πετάω |
| ὄμ (ὀμό) | -νυ -μι *juro* | ab | *ὀμόω | ῥώ | -ννυ -μι *roboro* | a | *ῥόω |
| ὀμόργ | -νυ -μι *abstergo* | ab | *ὀμόργω | σκεδά | -ννυ -μι *dissipo* | a | *σκεδάω |
| ὄρ | -νυ -μι *excito* | ab | *ὄρω | στορέ | -ννυ -μι } *sterno* | a | { *στορέω |
| πήγ | -νυ -μι *figo* | a | *πήγω | στρώ | -ννυ -μι } | | { *στρόω |
| ῥήγ | -νυ -μι *frango* | a | *ῥήγω | σβέ | -ννυ -μι *extinguo* | a | *σβέω |
| τί | -νυ -μι *poenas do* | a | *τίνω | χρώ | -ννυ -μι *coloro* | a | *χρόω |

quibus adde ὄλλῡμι *perdo,* tanquam pro ὄλ -νυ -μι, ab *ὄλω.

Verbis in *μι* tria ut plurimùm sunt Tempora; Praesens, Imperfectum, et Aoristum Secundum. Cetera nempe formantur a Radicibus in ω, ut a radice *δόω, Futurum δώσω, Perfectum δέδωκα, κ. τ. λ.

Etiam Aoristo Secundo carent Verba in *υμι*.

Obs. 1. Excipitur *σβέννυμι extinguo*, quod facit Aor. 2. ἔσβην; 1 Plur. ἔσβημεν; Subj. σβῶ; Opt. σβείην; Infin. σβῆναι; Part. σβεὶς.

Obs. 2. Haec duo post Reduplicationem inserunt μ ante π:
*πλέω, πίμπλημι impleo; πράω, πίμπρημι uro.*

Obs. 3. Multa sunt verba in ω, quae *Aeolica* dialectus formare gaudet per μι; ut *πεφίλημι amo, νίκημι vinco,* pro *φιλέω, νικάω.*

Obs. 4. A verbis in μι *Ionicè* deduci solent alia verba in ω; ut ἱστάω ab ἵστημι, τιθέω a τίθημι, ἵω ab ἵημι; unde ἤφιεν, ab ἀφίω, in *Nov. Test.* Conf. § 72. *Obs.* 2.

## § 72. PARADIGMA VOCIS ACTIVAE.

### Modus Indicativus.

#### Praesens.

| *Sing.* | | | *Dual.* | *Plur.* |
|---|---|---|---|---|
| ἵστημι, | ης, | ησι | ᾰτον, ᾰτον | ᾰμεν, ᾰτε, (ἀᾶσι) ᾶσι |
| τίθημι, | ης, | ησι | ετον, ετον | εμεν, ετε, έασι et εῖσι |
| δίδωμι, | ως, | ωσι | οτον, οτον | ομεν, οτε, όᾶσι et οῦσι |
| δείκνῡμι, | ῡς, | υσι | ῠτον, ῠτον | ῠμεν, ῠτε, ύᾶσι et ῦσι. |

#### Praeteritum-Imperfectum.

| *Sing.* | | | *Dual.* | *Plur.* | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| ἵστην, | ης, | η | ᾰτην, ᾰτην | ᾰμεν, | ᾰτε, | ᾰσαν |
| ἐτίθην, | ης, | η | έτην, έτην | εμεν, | ετε, | εσαν |
| ἐδίδων, | ως, | ω | ότην, ότην | ομεν, | οτε, | οσαν |
| ἐδείκνῡν, | ῡς, | ῡ | ῠτην, ῠτην | ῠμεν, | ῠτε, | ῠσαν. |

Verba τίθημι, δίδωμι, et his similia, Imperfectum, in Singulari numero, saepiùs formant ex more Contractorum in έω, όω; ut

*ἐτίθουν, εις, ει; ἐδίδουν, ους, ου.*

### Praeteritum-Aoristum II.

| *Sing.* | | | *Dual.* | | *Plur.* | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ἔστην, | ης, | η | ήτην, | ήτην | ημεν, | ητε, | ησαν |
| †(ἔθην, | ης, | η) | †έτην, | έτην | †εμεν, | ετε, | εσαν |
| †(ἔδων, | ως, | ω) | †ότην, | ότην | †ομεν, | οτε, | οσαν. |

### Modus Imperativus.

#### Praesens.

| *Sing.* | | | *Dual.* | | *Plur.* | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| ‡(ἵστᾰθι) | ἵστη, | ᾰτω | ατον, | άτων | ατε, άτωσαν | et άντων |
| (τίθετι) | τίθει, | έτω | ετον, | έτων | ετε, έτωσαν | et έντων |
| (δίδοθι) | δίδου, | ότω | οτον, | ότων | οτε, ότωσαν | et όντων |
| (δείκνῠθι) | δείκνῡ, | ῠτω | υτον, | ύτων | υτε, ύτωσαν | et ύντων. |

#### Praeteritum-Aoristum II.

| *Sing.* | | | *Dual.* | | *Plur.* | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| στῆθι, | (στᾱ‡), | στήτω | ῆτον, | ήτων | ῆτε, ήτωσαν | et άντων |
| (θέτι) | θὲς, | θέτω | έτον, | έτων | έτε, έτωσαν | et έντων |
| (δόθι) | δὸς, | δότω | ότον, | ότων | ότε, ότωσαν | et όντων. |

### Modus Subjunctivus.

#### Praesens.

| *Sing.* | | | *Dual.* | | *Plur.* | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ἱστῶ, | ῇς, | ῇ | ῆτον, | ῆτον | ῶμεν, | ῆτε, | ῶσι |
| τιθῶ, | ῇς, | ῇ | ῆτον, | ῆτον | ῶμεν, | ῆτε, | ῶσι |
| διδῶ, | ῷς, | ῷ | ῶτον, | ῶτον | ῶμεν, | ῶτε, | ῶσι. |

δεικνῠ́ω, ῃς, ῃ, κ.τ.λ., ex Declinatione Verborum in ω.

#### Praeteritum-Aoristum II.

*Sing.* 1. στῶ, ῇς, ῇ. 2. θῶ, ῇς, ῇ. 3. δῶ, ῷς, ῷ.

*Et cetera* ut Praesens.

---

† Vide infrà, § 72. *Obs.* 6. ‡ Vide infrà, § 72. *Obs.* 8.

### Modus Optativus.

#### Praesens.

| *Sing.* | | | *Dual.* | | *Plur.* | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ἱσταίην, | ης, | η | αιήτην, | αιήτην | αίημεν, | αίητε | |
| | | | αίτην, | αίτην | αῖμεν, | αῖτε, | αῖεν |
| τιθείην, | ης, | η | ειήτην, | ειήτην | είημεν, | είητε | |
| | | | είτην, | είτην | εῖμεν, | εῖτε, | εῖεν |
| διδοίην, | ης, | η | οιήτην, | οιήτην | οίημεν, | οίητε | |
| et ᾠην, § 72. *Obs.* 10. | | | οίτην, | οίτην | οῖμεν, | οῖτε, | οῖεν. |

δεικνύοιμι, οις, οι, κ. τ. λ., ex Declinatione Verborum in ω.

#### Praeteritum-Aoristum II.

1. σταίην, ης, η. 2. θείην, ης, η. 3. δοίην et δῴην, ης, η.

*Et cetera* ut Praesens; nisi quod contractae formae in Duali et Plurali rariùs occurrunt.

### Modus Infinitivus.

#### Praesens.

1. ἱστᾰναι. 2. τιθέναι. 3. διδόναι. 4. δεικνῠναι.

#### Praeteritum-Aoristum II.

1. στῆναι. 2. θεῖναι. 3. δοῦναι.

### Participia.

#### Praesens.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| N. ἱστᾱς | ᾶσα, | ᾰν | G. άντος, | άσης, | άντος |
| N. τιθεὶς, | εῖσα, | ὲν | G. έντος, | είσης, | έντος |
| N. διδοὺς, | οῦσα, | ὸν | G. όντος, | ούσης, | όντος |
| N. δεικνῡς, | ῦσα, | ῠν | G. ύντος, | ύσης, | ύντος. |

#### Praeteritum-Aoristum II.

1. στᾱς, ᾶσα, ᾰν. 2. θεὶς, εῖσα, ὲν. 3. δοὺς, οῦσα, ὸν.

*Et cetera* ut Praesens.

Verbum ἵημι *mitto* eodem ferè modo declinatur quo τίθημι; et φημὶ *dico* eodem modo quo ἵστημι.

Obs. Ab ἵημι Praesentis tertia persona Pluralis exit in -ᾶσι, ut in compos. μεθιᾶσι.

DIALECTI ET ALIA OBSERVANDA IN VOCE ACTIVA.

Obs. 1. PRAESENTIS Secundae personae Singulari in ης *Dores* addunt θα (Conf. § 42. *Obs.* 5), ut τίθησθα pro τίθης; quod etiam *Attici* sequuntur in his quatuor:

| | | | |
|---|---|---|---|
| ἦσθα | ab εἰμὶ *sum* | ᾔεισθα | ab εἶμι *ibo* |
| ἔφησθα | a φημὶ *dico* | ᾔδησθα | ab οἶδα *novi;* |

quibus accedat οἶσθα pro οἴδασθα *nosti*, ab eodem. Conf. § 42. *Obs.* 5.

Obs. 2. In secundâ et tertiâ Conjugatione *Iones*, non solùm Imperfecti, sed etiam Praesentis secundam et tertiam personam formant ex more contractorum in έω, όω; ut τιθεῖς, -εῖ; διδοῖς, -οῖ; Part. συνιῶν, a συνιέω, -ίημι. Conf. § 71. *Obs.* 4.

Obs. 3. Praesentis tertia Singularis *Doricè* exit in τι, et tertia Pluralis in ντι, ut ἵστατι, τίθητι; ἵσταντι, τίθεντι.

Obs. 4. Pro IMPERFECTO ἐτίθην, vel -ουν, *Iones* dicunt ἐτίθεα, -εας, -εε; et pro ἵην vel ἵουν, ab ἵημι, *Ionica* atque *Attica* forma est ἵειν. Conf. § 42. *Obs.* 3; ἔα Imperf. *Ion.* verbi εἰμὶ, *sum*; et ἵειν, Imperf. ab εἶμι *ibo*.)

Obs. 5. Tempora quae finale sive *Ionicum* Augmentum adsciscunt, corripiunt vocalem ante σκον; ut ἐτίθην, τίθεσκον; ἐδίδων, δίδοσκον; ἔστην, στάσκον; ἔδων, δόσκον.

Obs. 6. AORISTUM SECUNDUM eodem modo declinatur, quo Aorista Passiva Verborum in ω; praeterquam quòd haec tria ἔθην, ἔδων, et ἧν ab ἵημι, sicut omnia Imperfecta, in Duali ac Plurali brevem faciunt vocalem penultimam. In Singulari Numero eadem planè non occurrunt; sed Aoristi Primi formas mutuantur. Ceterùm in compositis ab ἧν penultima Dualis ac Pluralis plerumque producitur vi Augmenti ει; ut ἀφεῖμεν, ἀφεῖτε, ἀφεῖσαν. Conf. § 79. 2.

Obs. 7. IMPERFECTI ET AORISTI SECUNDI Tertia persona Pluralis apud *Epicos* Syncopen patitur. Sic ἐτίθεσαν corripitur in ἔτιθεν, ἐδίδοσαν in ἔδιδον, ἔθεσαν in ἔθεν, ἔδοσαν in ἔδον. Conf. § 42. *Obs.* 1. Idem fit, etiamsi penultima vocalis longa fuerit. Sic ἔστησαν corripitur in ἔστᾰν, ἔφῡσαν in ἔφῠν.

Reperitur etiam ἔστᾰσαν, pro ἔστησαν, in Aor. 1; et ἕστασαν, pro εἱστήκεισαν, in Plupf. apud Homerum et in Pf. Med. apud *Att.* Conf. § 81. *b.*

Obs. 8. IMPERATIVI Praesentis prisca terminatio θι vix reperitur, praeterquam in his quatuor:

φάθι a φημὶ *dico*, ἴσθι ab εἰμὶ *sum*, ἴσθι ab οἶδα *novi*, ἴθι ab εἶμι *ibo*.

In Aoristo Secundo formae concisae στα et βα pro στῆθι, βῆθι, leguntur tantùm in Compositis; ut ἀπόστα, πρόβα -άτω, κ.τ.λ.

Obs. 9. In SUBJUNCTIVO *Iones* circumflexam syllabam resolvunt (Conf. § 44. *Obs.* 2.) inserendo ε, et *Poëticè* ει, in primâ et secundâ Conjugatione, et ω in tertiâ; sic ἱστέω pro ἱστῶ, τιθέω pro τιθῶ, διδώω pro διδῶ, στέω et στείω pro στῶ, θέω et θείω pro θῶ, δώω pro δῶ. Apud *Homerum* legimus etiam formas non contractas στήῃς, ῃ; θήῃς, ῃ.

Obs. 10. Verbum δίδωμι et quaedam alia in Optativo duas habent formas; Praes. διδοίην et διδῴην, Aor. 2. δοίην et δῴην. Reperitur etiam Optativus quartae Conjugationis in υίην vel ῦην, ut φυίην a φῦμι *nascor*; ἐκδῦμεν pro ἐκδυίημεν, ab ἔκδυμι *exuo*.

Obs. 11. Tertiae personae non modò Subjunctivi (Conf. § 42. *Obs.* 6), sed interdùm etiam Optativi *Iones* addunt σι; ut παραφθαίησι (Opt.)

Obs. 12. Haec duo, ἄημι *spiro*, *κίχημι *consequor*, retinent η in Infinitivo; ut ἀῆναι, κιχῆναι.

Obs. 13. Vetus Infinitivi forma in μεναι, et per Apocopen in μεν, apud *Epicos Poëtas*, et in *Herodoto*, legitur (Conf. § 42. *Obs.* 11); ut

| | |
|---|---|
| ἱστάμεναι et ἱστάμεν pro ἱστάναι | διδόμεναι et διδόμεν pro διδόναι |
| τιθέμεναι et τιθέμεν pro τιθέναι | δεικνύμεναι, δεικνύμεν pro δεικνύναι. |

Eadem in Aoristo Secundo thematis vocalem brevem servat; ut θέμεναι et θέμεν pro θεῖναι, δόμεναι et δόμεν pro δοῦναι, praeterquam in his formis, στήμεναι et στῆμεν pro στῆναι, δῦμεναι et δῦμεν pro δῦναι.

Obs. 14. Variae occurrunt formae in quibus brevem thematis vocalem *Poëtae* metri causâ producunt; (Conf. supr. *Obs.* 12.) ut διδοῦναι pro διδόναι, ζευγνῦμεν pro ζευγνῦμεναι, ἵληθι pro ἵλᾰθι.

§ 73.

## PARADIGMA VOCIS MEDIAE ET PASSIVAE.

### Modus Indicativus.

#### Praesens.

| *Sing.* | | *Dual.* | *Plur.* |
|---|---|---|---|
| ἵστᾰμαι, | σαι, ται | μεθον, σθον, σθον | μεθα, σθε, νται |
| τίθεμαι, | σαι, ται | μεθον, σθον, σθον | μεθα, σθε, νται |
| δίδομαι, | σαι, ται | μεθον, σθον, σθον | μεθα, σθε, νται |
| δείκνῦμαι, | σαι, ται | μεθον, σθον, σθον | μεθα, σθε, νται. |

#### Praeteritum-Imperfectum.

| *Sing.* | | *Dual.* | *Plur.* |
|---|---|---|---|
| ἱστᾰμην, | ασο, et ω, ατο | μεθον, σθην, σθην | μεθα, σθε, ντο |
| ἐτιθέμην, | εσο, et ου, ετο | μεθον, σθην, σθην | μεθα, σθε, ντο |
| ἐδιδόμην, | οσο, et ου, οτο | μεθον, σθην, σθην | μεθα, σθε, ντο |
| ἐδεικνῦμην, | υσο, υτο | μεθον, σθην, σθην | μεθα, σθε, ντο. |

#### Praeteritum-Aoristum II.

1. *ἐστάμην. 2. ἐθέμην (εσο), ου, ετο. 3. ἐδόμην (οσο), ου, οτο.

*Et cetera* ut Imperfectum.

MODUS IMPERATIVUS.

Praesens.

| *Sing.* | *Dual.* | *Plur.* |
|---|---|---|
| ἵστασο et ἵστω, άσθω | σθον, σθων | σθε, σθωσαν et σθων |
| τίθεσο et τίθου, έσθω | σθον, σθων | σθε, σθωσαν et σθων |
| δίδοσο et δίδου, όσθω | σθον, σθων | σθε, σθωσαν et σθων |
| δείκνῠσο ύσθω | σθον, σθων | σθε, σθωσαν et σθων. |

Praeteritum-Aoristum II.

1. †στάσο et στῶ, άσθω. 2. (θέσο) θοῦ, έσθω.
3. (δόσο) δοῦ, όσθω.
*Et cetera* ut Praesens.

MODUS SUBJUNCTIVUS.

Praesens.

| *Sing.* | *Dual.* | *Plur.* |
|---|---|---|
| ἱστῶμαι, ῇ, ῆται | ώμεθον, ῆσθον, ῆσθον | ώμεθα, ῆσθε, ῶνται |
| τιθῶμαι, ῇ, ῆται | ώμεθον, ῆσθον, ῆσθον | ώμεθα, ῆσθε, ῶνται |
| διδῶμαι, ῷ, ῶται | ώμεθον, ῶσθον, ῶσθον | ώμεθα, ῶσθε, ῶνται. |

δεικνύωμαι, ῃ, ηται, ex Declinatione Verborum in ω.

Praeteritum-Aoristum II.

1. *στῶμαι, ῇ, ῆται. 2. θῶμαι, ῇ, ῆται.
3. δῶμαι, ῷ, ῶται.
*Et cetera* ut Praesens.

MODUS OPTATIVUS.

Praesens.

| *Sing.* | *Dual.* | *Plur.* |
|---|---|---|
| ἱσταίμην, ο, το | μεθον, σθην, σθην | μεθα, σθε, ντο |
| τιθείμην, ο, το | μεθον, σθην, σθην | μεθα, σθε, ντο |
| διδοίμην, ο, το | μεθον, σθην, σθην | μεθα, σθε, ντο. |

δεικνυοίμην, ο, το, κ.τ.λ. ex Declinatione Verborum in ω.

† Leguntur tantùm in Compositis.

## Praeteritum-Aoristum II.

1. †σταίμην, ο, το. 2. θείμην, ο, το. 3. δοίμην, ο, το.

*Et cetera* ut Praesens.

## Modus Infinitivus.

### Praesens.

1. ἵστασθαι. 2. τίθεσθαι. 3. δίδοσθαι. 4. δείκνυσθαι.

### Praeteritum-Aoristum II.

1. †στάσθαι. 2. θέσθαι. 3. δόσθαι.

## Participia.

| Praesens. | | | Aoristum II. | | |
|---|---|---|---|---|---|
| 1. ἱστάμενος, | η, | ον | †1. στάμενος, | η, | ον |
| 2. τιθέμενος, | η, | ον | 2. θέμενος, | η, | ον |
| 3. διδόμενος, | η, | ον | 3. δόμενος, | η, | ον. |
| 4. δεικνύμενος, | η, | ον | | | |

### Dialecti in Voce Media et Passiva.

Obs. 1. Praesentis secundam personam in εσαι *Attici* frequentiùs contrahunt in η, ut τίθεσαι in τίθῃ; et nonnunquam in *Poëtico* sermone ασαι in ᾳ, ut ἐπίστασαι in ἐπίστᾳ. *Iones*, ex ασαι abjectâ σ, pro ααι dicunt εαι, ut ἐπίστεαι, δύνεαι; unde contracta forma δύνᾳ apud *Atticos Poëtas* reperitur. Conf. § 43. *Obs.* 1.

Obs. 2. In tertiâ personâ Plurali *Iones* ν ante ται vel το mutant in α, ut τιθέαται pro τίθενται, ἐδεικνύατο pro ἐδείκνυντο; et α, si praecessit, mutatur in ε, ut ἱστέαται pro ἵστανται, ἱστέατο pro ἵσταντο.

Obs. 3. In Imperfecti et Imperativi secundâ personâ *Epici* interdùm utuntur formis *Ionicis*, abjectâ σ; ut μάρναο, φάο, ἔνθεο, δαίνυο.

Obs. 4. Verba τίθεμαι et ἵεμαι in Optativo interdùm sequuntur formas verborum in ομαι; sic Praes. τιθοίμην pro τιθείμην, Aor. 2. προοίμην pro προείμην a προίεμαι. Contrà reperitur etiam quartae Conjugationis Optativus in ῡμην (pro υιμην) ex formâ verborum in μι; ut ἐπιδεικνῦμην, πηγνῦμην.

Obs. 5. In Aoristo Secundo Optativi a τίθημι *Iones* resolutâ formâ utuntur, tanquam a θέω; ut προσθέοιτο.

Obs. 6. Participium τιθήμενος pro τιθέμενος occurrit apud *Epicos Poëtas*. Conf. § 72. *Obs.* 14. Verba δίζημαι, et ἄημαι per omnes formas longam penultimae vocalem retinent. Conf. § 72. *Obs.* 12.

---

† Leguntur tantùm in Compositis.

## § 74. *Modi et Tempora in Voce Activâ.*

| | Indicat. | Imper. | Subjunct. | Optat. | Infin. | Particip. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Praes. | ἵστημι | ἵστη | ἱστῶ | ἱσταίην | ἱστάναι | ἱστὰς |
| Imperf. | ἵστην | | | | | |
| Aor. 2. | ἔστην | στῆθι | στῶ | σταίην | στῆναι | στὰς |
| Praes. | τίθημι | τίθει | τιθῶ | τιθείην | τιθέναι | τιθεὶς |
| Imperf. | ἐτίθην | | | | | |
| Aor. 2. | ἔθην | θὲς | θῶ | θείην | θεῖναι | θεὶς |
| Praes. | δίδωμι | δίδου | διδῶ | διδοίην | διδόναι | διδοὺς |
| Imperf. | ἐδίδων | | | | | |
| Aor. 2. | ἔδων | δὸς | δῶ | δοίην | δοῦναι | δοὺς |
| Praes. | δείκνυμι | δείκνῡ | | | δεικνῦναι | δεικνὺς |
| Imperf. | ἐδείκνυν | | | | | |

*Reliqua Tempora a Radicibus in ω.*

| Fut. | Aor. 1. | Perf. | P. Perf. |
|---|---|---|---|
| στήσω | ἔστησα | ἕστηκα† | εἱστήκειν |
| θήσω | ἔθηκα‡ | τέθεικα* | ἐτεθείκειν |
| δώσω | ἔδωκα‡ | δέδωκα | ἐδεδώκειν |
| δείξω | ἔδειξα | δέδειχα | ἐδεδείχειν. |

Obs. 1. Aorista Prima ἔδωκα, et ἧκα (et plerumque ἔθηκα) extra Modum Indicativum non leguntur.

Obs. 2. Perfectum ἕστηκα Spiritum asperum, quasi Reduplicationis loco, assumit.

† De concisis formis ἕστατον, κ.τ.λ., vide § 81. (*b.*) ‡ Vide § 79. 1. * Vide § 79. 2.

## § 75. *Modi et Tempora in Voce Mediâ et Passivâ.*

| | Indicat. | Imper. | Subjunct. | Optat. | Infin. | Particip. |
|---|---|---|---|---|---|---|
| Praes. | ἵσταμαι | ἵστασο | ἱστῶμαι | ἱσταίμην | ἵστασθαι | ἱστάμενος |
| Imperf. | ἱστάμην | [et ἵστω | | | | |
| Aor. 2. | *ἐστάμην | *στῶ | *στῶμαι | *σταίμην | *στάσθαι | *στάμενος |
| Praes. | τίθεμαι | τίθεσο | τιθῶμαι | τιθείμην | τίθεσθαι | τιθέμενος |
| Imperf. | ἐτιθέμην | [et τίθου | | | | |
| Aor. 2. | ἐθέμην | θοῦ | θῶμαι | θείμην | θέσθαι | θέμενος |
| Praes. | δίδομαι | δίδοσο | διδῶμαι | διδοίμην | δίδοσθαι | διδόμενος |
| Imperf. | ἐδιδόμην | [et δίδου | | | | |
| Aor. 2. | ἐδόμην | δοῦ | δῶμαι | δοίμην | δόσθαι | δόμενος |
| Praes. | δείκνῠμαι | | | | δείκνυσθαι | δεικνύμενος |
| Imperf. | ἐδεικνύμην | | | | | |

*Reliqua Tempora a Radicibus in ω.*

| In Voce Mediâ. | | In Voce Passivâ. | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| Fut. στήσομαι | Aor. ἐστησάμην | Perf. ἕσταμαι† | P.P. ἑστάμην | Aor. 1. ἐστᾰθην | Fut. στᾰθήσομαι |
| θήσομαι | *ἐθηκάμην | τέθειμαι | ἐτεθείμην | ἐτέθην‡ | τεθήσομαι |
| δώσομαι | *ἐδωκάμην | δέδομαι† | ἐδεδόμην | ἐδόθην | δοθήσομαι |
| δείξομαι | ἐδειξάμην | δέδειγμαι | ἐδεδείγμην | ἐδείχθην | δειχθήσομαι. |

* Leguntur tantùm in Compositis. † Vide § 79. 2. ‡ Vide § 79. 3.

## TEMPORUM FORMATIO.

### § 76. Praesens Med. et Pass.

Praesens Medium et Passivum formatur a Praesente Activo, mutando *μι* in *μαι*, et resumendo vocalem *Radicis* brevem in penultimâ, ut *ἵστημι, ἵσταμαι.*

Obs. Excipiuntur haec tria, quae vocalem longam retinent in penultimâ; *ἄημαι spiro, δίζημαι quaero, κίχημαι consequor.*

### § 77. Praet.-Imperfectum Act. Med. et Pass.

Imperfectum Activum formatur a Praesente, mutando *μι* in *ν*, et praeponendo Augmentum; ut *τίθημι, ἐτίθην.*

Imperfectum Medium et Passivum formatur a Praesente suo, mutando *μαι* in *μην*, et praeponendo Augmentum; ut *τίθεμαι, ἐτιθέμην.*

### § 78. Praet.-Aoristum 2. Act. Med. et Pass.

Aoristum Secundum Activum formatur a Praesente, mutando *μι* in *ν*, praeponendo Augmentum, et abjiciendo Reduplicationem; ut *τίθημι, ἔθην.*

Aoristum Secundum Medium et Passivum formatur a Praesente suo, mutando *μαι* in *μην*, praeponendo Augmentum, et abjiciendo Reduplicationem; ut *τίθεμαι, ἐθέμην.*

### § 79. *Verborum in μι Tempora Anomala.*

1. Tria verba, *τίθημι, ἵημι, δίδωμι, σ*, Futuri Characteristicam, in Aoristo Primo mutant in *κ*; ut *θήσω, ἔθηκα*; *ἥσω, ἧκα, Ion. ἕηκα*; *δώσω, ἔδωκα.*

2. Duo verba, *τίθημι* et *ἵημι*, ne cum Aoristo Primo Perfectum confundatur, vocalem *η* Futuri penultimam in Perfecto mutant in *ει*; ut *θήσω, τέθεικα, τέθειμαι*; *ἥσω, εἷκα, εἷμαι.*

Obs. 1. Perf. *εἷκα Doricè* fit *ἕωκα*; unde in *Nov. Test.* *ἀφέωνται* pro *ἀφεῖνται.*

Obs. 2. Etiam in Aoristo Secundo verbum *ἵημι*, vel potiùs ejus composita, diphthongum *ει* quasi Augmentum adhibent (vide § 72. *Obs.* 6), praesertim in Voce Mediâ; ut *ἀφείμην, -εῖσο, -εῖτο, κ.τ.λ.*

3. A Perfectis Activis ἕστηκα, δέδωκα anomalè formata sunt Perfecta Passiva ἕσταμαι, δέδομαι; et inde Aorista Prima ἑστάθην, ἐδόθην, sicut ἐτέθην et ἕθην ab ἵημι, penultimâ correptâ. Conf. § 61. *Obs.* 4. § 64. *Obs.* 2.

Obs. Quaedam sunt Verba Deponentia quae pertinent ad Conjugationes verborum in μι;

| | | |
|---|---|---|
| ἄγαμαι *admiror* | ἔραμαι Poët. *amo* | μάρναμαι Poët. *pugno* |
| δύναμαι *possum* | ἵπταμαι *volo* | πίλναμαι *propinquo* |
| ἐπίσταμαι *scio* | κρέμαμαι *suspendor* | *πρίαμαι *emo*; |

quae omnia ad primam Conjugationem, ὄνομαι *vitupero*, ad tertiam, αἴνυμαι, *capio*, ἄρνυμαι *acquiro*, ἄχνυμαι *doleo*, καίνυμαι *excello*, κίνυμαι *incedo*, λάζυμαι *capio*, ad quartam pertinent.

## § 80. *Verba in μι anomalè Declinata.*

### (*a.*) Verbum Substantivum εἰμὶ *sum*.

#### Indicativus.

Praesens.

| *Sing.* | | | *Dual.* | | *Plur.* | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| εἰμὶ, | εἶ, | ἐστὶ | ἐστὸν, | ἐστὸν | ἐσμὲν, ἐστὲ, εἰσὶ | |
| | εἷς *I.* | | | | εἰμὲν *I.* | ἔασι *I. D.* |
| ἐμμὶ *D.* | ἐσσὶ *D.* | *I.* ἐντὶ *D.* | | | εἰμὲς *D.* | ἔντι } *D.* |
| | | | | | ἐμὲν *P.* | ἔοντι } *D.* |

Futurum.

| *Sing.* | | | *Dual.* | *Plur.* |
|---|---|---|---|---|
| ἔσομαι, | ἔσῃ vel -ει, | ἔσται | -όμεθον, εσθον, | -όμεθα, εσθε, |
| ἐσοῦμαι *D.* | ἔσεαι, | ἔσεται *I.* | εσθον | ονται. |

Praeteritum-Imperfectum.

| *Sing.* | | | *Dual.* | *Plur.* | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| ἦν, | ἦσθα, | ἦν | ἤτην, ἤτην | ἦμεν, | ἦτε, | ἦσαν |
| et ἦ, | | et ἦ | ἤστην, ἤστην | | ἦστε | |
| ἔα, | ἔας, | ἔην *I.* | | | ἔατε, | ἔσαν *I.* |
| | ἦς *rec. A.* | ἦς *D.* | | | | ἔσσαν *P.* |
| ἦα, | ἔησθα, | ἦεν *E.* | | | | |
| ἔον *E.* | | ἤην *E.* | | ἦμες } *D.* | | |
| ἔσκον, | | ἔσκε *E. I.* | | εἶμεν } *D.* | | |
| ἤμην *A.* | | | | εἶμες } *D.* | | εἴατο *E.* |

Pro Perfecto et Aoristo usurpantur Perf. *γέγονα*, Aor. 2. *ἐγενόμην* Verbi *γίνομαι*.

### Imperativus.

| Sing. | | Dual. | Plur. |
|---|---|---|---|
| ἴσθι, | ἔστω | ἔστον, ἔστων | ἔστε, ἔστωσαν vel ἔστων |
| ἔσο *E.* | ἤτω *A.* | | ἐόντων *I.* |

### Subjunctivus.

| Sing. | | | Dual. | | Plur. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| ὦ, | ᾖς, | ᾖ, | ἦτον, | ἦτον | ὦμεν, | ἦτε, | ὦσι. |
| ἔω, | ἔῃς, | ἔῃ | ἔητον, κ.τ.λ., *I.* | | | | |
| | | εἴῃ *E.* | | | | | |

### Optativus.

#### Praesens.

| Sing. | | | Dual. | Plur. | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| εἴην, | εἴης, | εἴη | εἰήτην, εἰήτην | εἴημεν, | εἴητε, | εἶεν |
| ἔοιμι, | ἔοις, | ἔοι *I.* | εἴτην *A.* | rar. εἶμεν, | εἶτε, | εἴησαν. |

#### Futurum.

| Sing. | Dual. | Plur. |
|---|---|---|
| ἐσοίμην, οιο, οιτο | -μεθον, σθην, σθην | -μεθα, σθε, ντο. |

### Infinitivus.

| Praesens. | | | Futurum. |
|---|---|---|---|
| εἶναι | | | ἔσεσθαι. |
| ἔμεναι, | ἔμεν *I.* | | |
| ἔμμεναι, | ἔμμεν *P.* | | |
| εἶμεν, | ἦμεν, | ἤμεναι *D. P.* | |

### Participium.

| Praesens. | | | Futurum. | | |
|---|---|---|---|---|---|
| ὤν, | οὖσα, | ὄν | ἐσόμενος, | η, | ον. |
| ἐών, | ἐοῦσα, | ἐὸν *I.* | | | |
| | ἐοῖσα, εὖσα, ἔασσα *D.* | | | | |

## (*b.*) VERBUM *εἶμι ibo*, rarius *eo*.

### INDICATIVUS.

Significationi Praesentis inservit Verbum *ἔρχομαι*.

Praesens *plerumque cum significatione Futuri.* (Conf. § 82.)

| *Sing.* | | | *Dual.* | | *Plur.* | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *εἶμι,* | *εἶ,* <br> *εἶς I.* | *εἶσι* | *ἴτον,* | *ἴτον* | *ἴμεν,* | *ἴτε,* | *ἴᾱσι.* |

### Praeteritum-Imperfectum.

| *Sing.* | | | *Dual.* | | *Plur.* | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *ᾔειν,* | *ᾔεις,* | *ᾔει* | *ᾐείτην,* | *ᾐείτην* | *ᾔειμεν,* | *ᾔειτε,* | *ᾔεσαν* |
| *ᾔια,* et *ᾖα,* | | | *ᾔτην,* | *ᾔτην* | *ᾖμεν,* | *ᾖτε* | |
| *ἴον,* | *ἴες,* | *ἴε* | *ἴτην,* | *ἴτην E.* | | | *ἴσαν P.* |
| *ἤϊον,* | *ἤϊες,* | *ἤϊε I.* <br> *ᾖε E.* | | | *ᾔομεν,* | | *ᾔϊσαν* <br> *ᾖσαν* } *E.* |

### IMPERATIVUS.

| *Sing.* | | *Dual.* | | *Plur.* | |
|---|---|---|---|---|---|
| *ἴθι,* | *ἴτω* | *ἴτον,* | *ἴτων* | *ἴτε,* | *ἴτωσαν* |
| *εἶ* in comp. | | | | | vel *ἰόντων* <br> *ἴτων A.* |

| | | | |
|---|---|---|---|
| SUBJUNCTIVUS. | *ἴω,* | *ἴῃς,* | *ἴῃ,* κ.τ.λ. |
| OPTATIVUS. | *ἴοιμι,* <br> *ἰοίην A.* | *ἴοις,* | *ἴοι,* κ.τ.λ. |
| INFINITIVUS. | *ἰέναι* <br> *ἴμεναι, ἴμεν E.* | | |
| PARTICIPIUM. | *ἰὼν,* | *ἰοῦσα,* | *ἰὸν.* |

Obs. Mediae Vocis Fut. *εἴσομαι* et Aor. *εἰσάμην* leguntur apud *Homerum.*

### *Conspectus Modorum ac Temporum.*

| Ind. | Imp. | Subj. | Opt. | Inf. | Part. |
|---|---|---|---|---|---|
| *εἰμὶ sum* <br> *ἦν* | *ἴσθι* | *ὦ* | *εἴην* | *εἶναι* | *ὢν* |
| *ἔσομαι* | | | *ἐσοίμην* | *ἔσεσθαι* | *ἐσόμενος* |
| *εἶμι ibo* <br> *ᾔειν* | *ἴθι* | *ἴω* | *ἴοιμι* | *ἰέναι* | *ἰὼν* |

## § 81. *Verba in ω quae in quibusdam Temporibus Verborum in μι Formationem sequuntur*

(*a*.) Quaedam sunt Verba, plerumque *Poëtica*, ancipitis formulae, quae etsi Praesens, vel Radicem habent in ω, in Aoristo secundo sequuntur formationem Verborum in μι; sic ex more

Formationis Primae.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| **βάω, βαίνω eo* | Aor. 2. Act. *ἔβην* | *βῆθι* | *βῶ* | *βαίην* | *βῆναι* | *βὰς* |
| **βλάω, βάλλω jacio* | Act. *ἔβλην* | | | | *βλῆναι* | |
| | Med. *ἐβλήμην* | | *βλῶμαι* | *βλείμην* | *βλῆσθαι* | *βλήμενος* |
| *γηράω, γηράσκω senesco* | Act. *ἐγήρᾱν* | | | | *γηρᾶναι* | *γηρὰς* |
| **δράω, διδράσκω aufugio* | Act. *ἔδρᾱν* | *δρᾶθι* | *δρῶ* | *δραίην* | *δρᾶναι* | *δρὰς* |
| **κτάω, κτείνω occido* | Act. *ἔκτᾰν* | | *κτῶ* | *κταίην* | *κτάναι* | *κτὰς* |
| | Med. *ἐκτάμην* | | | | *κτάσθαι* | *κτάμενος* |
| *οὐτάω vulnero* | Act. *οὖτᾰν* | | | | *οὐτάμεναι* Med. | *οὐτάμενος* |
| **πλάω, πελάζω propinquo* | Med. *ἐπλήμην* | | | | | |
| **πτάω, πέταμαι volo* | Act. *ἔπτην* | | | | *πτῆναι* | *πτὰς* |
| | Med. *ἐπτάμην* | | | | *πτάσθαι* | *πταμένος* |
| **σκλάω, σκέλλω sicco* | Act. *ἔσκλην* | | | *σκλαίην* | *σκλῆναι* | |
| **τλάω perfero* | Act. *ἔτλην* | *τλῆθι* | | *τλαίην* | *τλῆναι* | *τλὰς* |
| **φθάω, φθάνω praevenio* | Act. *ἔφθην* | | *φθῶ* | *φθαίην* | *φθῆναι* | *φθὰς* |
| | Med. | | | | | *φθάμενος.* |

Secundae.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| **πλέω, πίμπλημι impleo* | Med. *ἐπλήμην* | *πλῆσο* | | { *πλείμην* et *πλήμην* } | | *πλήμενος* |
| **σβέω, σβέννυμι extinguo* | Act. *ἔσβην* | *σβῆθι* | *σβῶ* | *σβείην* | *σβῆναι* | *σβεὶς* |
| **σχω, ἔχω habeo* | Act. [*ἔσχον*] | *σχὲς* | *σχῶ* | *σχοίην* | [*σχεῖν* | *σχὼν*]. |

Tertiae.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| **ἁλόω, ἁλίσκομαι capior* | Act. *ἥλων* § 53. (*b. Obs.* 6.) | | *ἁλῶ* | *ἁλοίην* | *ἁλῶναι* | *ἁλοὺς* |
| *βιόω vivo* | Act. *ἐβίων* | | *βιῶ* | *βιῴην* | *βιῶναι* | *βιοὺς* |
| **γνόω, γιγνώσκω novi* | Act. *ἔγνων* | *γνῶθι* | *γνῶ* | *γνοίην* | *γνῶναι* | *γνοὺς* |
| | Med. | | | *γνοίμην* | | |
| *πλώω, Ion., πλέω navigo* | Act. *ἔπλων* | | | | | *πλὼς.* |

Quartae.

| | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|
| δύω *subeo* | Aor. 2. Act. ἔδυν | δῦθι | [δύω] | δύη | δῦναι | δὺς |
| κλύω *audio* | [ἔκλυον] | κλῦθι | | | | |
| λύω *solvo* | Med. ἐλύμην | | | | | |
| σεύω *agito* | Med. ἐσσύμην | | | | | |
| φύω *gigno* | ἔφυν | | [φύω] | φύην | φῦναι | φὺς |
| χέω *fundo* | Med. ἐχύμην | | | | | χύμενος |
| | | Anomala sunt | | | | |
| πίνω *bibo* | | πῖθι | | | | |
| φθίω, φθίνω *corrumpo* | Med. ἐφθίμην | | φθίωμαι | φθῖμην | φθίσθαι | φθίμενος. |

*b.*) Quaedam Perfecta et Pluperfecta Media, sive Secunda, formata a radicibus in ω, et linguae *Poëticae* ferè propria, penultimae vocali per Syncopen omissâ, praesertim in Duali ac Plurali et in modo Infinitivo, juxta rationem Praesentis et Imperfecti Verborum in μι aptissimè formantur; sic

| | | | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|---|---|
| *βάω, βαίνω *eo* | Perf. M. *βέβαα | Pl. βέβαμεν | | βέβω | | βεβάναι | βεβαὼς et βεβὼς |
| *γάω, γίγνομαι *nascor* | *γέγαα | Pl. γέγαμεν | | | | γεγάμεν | γεγαὼς et γεγὼς |
| *δίω, δείδω *timeo* | δέδια | Du. δέδιτον | δέδιθι | | | δεδιέναι | δεδιὼς |
| *θνάω, θνήσκω *morior* | *τέθναα | Pl. τέθναμεν | τέθναθι | | τεθναίην | τεθνάναι | τεθνεὼς -ηὼς et -ειὼς |
| *μάω *moveo* | *μέμαα | Pl. μέμαμεν | μέμαθι | | | | μεμαὼς |
| *στάω, ἵστημι *statuo* | *ἕσταα | Du. ἕστατον | ἕσταθι | ἕστω | ἑσταίην | ἑστάναι | ἑσταὼς -εὼς et -ὼς |
| *τλάω *fero* | *τέτλαα | Du. τέτλατον | τέτλαθι | | τετλαίην | τετλάναι | τετληὼς. |

*Conf.* Anomala Imperativa ἄνωχθι ab ἄνωγα (§ 94 *d.*) κέκραχθι a κέκραγα, Pf. Med. verbi κράζω *clamo*, πέπεισθι a πείθω *persuadeo*.

Perfectorum hujusmodi 3 pers. Plur. Syncopen non patitur, ut δεδίᾱσι; sed, a radicibus in άω, άασι contrahitur in ᾶσι, ut ἑστάασι, -ᾶσι; quod *Iones* resolvunt, insertâ ε ante ᾶ circumflexum, ut ἑστέᾱσι.

Participia quaedam, quae ad hanc formationem pertinent, modo αὼς *Poëtice* productum in ηὼς exhibent, ut τεθνηὼς, τετληὼς, κεκμηὼς a *κμάω, κάμνω *laboro*, quae faciunt Genitivum in ότος et ῶτος; modò in ως contractum, ut βεβὼς, γεγὼς, ἑστὼς, βεβρὼς a *βρόω, βιβρώσκω *edo*, πεπτὼς a *πτόω, πίπτω *cado*; modo hoc in εὼς *Ionicè* resolutum, ut τεθνεὼς (et, metri gratiâ, τεθνειὼς), ἑστεὼς, πεπτεὼς: quae formae, in ὼς et εὼς, formant Femininum in ῶσα et Neutrum in ὼς, aliquando ὸς, Gen. -ῶτος -ώσης -ῶτος, κ. τ. λ. Ceterum cum his Participiis confer Participia Perfecti *Epica* κεκορηὼς, a *κορέω *satio*: κεκοτηὼς a κοτέω *irascor*; πεπτηὼς a *πτάω, πτήσσω *expavesco*; τετμηὼς a *τμάω vel *τμέω, τέμνω *seco*.

§ 82. VERBA DEFECTIVA ALIUNDE SUPPLETA.

Paucissima Verba inveniuntur, quae Conjugationem suam omnibus Temporibus absolutam habent. Ex quo fit ut nonnulla, ab alio Themate cognatae significationis Tempora, quibus ipsa carent, mutuentur.

αἱρέω *capio*, F. αἱρήσω, P. ᾕρηκα, P.P. ᾕρημαι, A. 1. P. ᾑρέθην. Vide § 64. *Obs.* 2. *ἕλω, A. 2. εἷλον, Fut. ἑλοῦμαι. Vocem Passivam suppeditat in Praes. ἁλίσκομαι, in Futuro et Praeteritis *ἁλόω, F. ἁλώσομαι, κ.τ.λ. Vide § 53. (*b.*) *Obs.* 7.

Perf. *Ion.* ἀραίρηκα, ἀραίρημαι, A. 2. M. *Ep.* 3. pers. γέντο pro ἕλετο.

ἔρχομαι *venio*, *eo*, Imperf. *Poët.* ἠρχόμην, *ἐλεύθω, F. ἐλεύσομαι, P. ἐλήλυθα, *ἐλύθω, A. 2. ἤλυθον, et per Syncopen ἦλθον. Necnon pro Futuro usurpatur verbum εἶμι *ibo*, (rarius et vix extra *Homerum*, *eo*) et pro Imperf. ᾔειν vel ᾖα, cum signif. Aoristi.

Perf. *Ep.* εἰλήλουθα, 1 pers. Plur. εἰλήλουθμεν, per Sync. pro εἰληλούθαμεν, Part. εἰληλουθὼς et ἐληλουθὼς A. 2. *Dor.* ἦνθον. Adverbium *Poëticum* δεῦρο vicem gerit Imperativi 2 pers. Singularis, δεῦτε Pluralis.

ἐσθίω, *Ep.* ἔδω *edo*, F. ἔδομαι, vide § 55. *Obs.* 3. P. ἐδήδοκα, P. P. ἐδήδεσμαι, vide § 59. *Obs.* 3; A. 1. P. ἠδέσθην. *φάγω, A. 2. ἔφαγον. F. φάγομαι. Vide § 55. *Obs.* 3.

Inf. *Ep.* ἔδμεναι Perf. *Ep.* Part. ἐδηδὼς, P.P. ἐδήδομαι.

ἔχω *habeo*, Conf. § 85. F. ἕξω, *σχω, A. 2. ἔσχον unde F. σχήσω, vide not. p. 106. P. ἔσχηκα, P.P. ἔσχημαι. A. 1. P. ἐσχέθην. Verb. Adj. ἑκτὸς et σχετὸς.

ὁράω *video*, Imp. ἑώρων, P. ἑώρᾱκα, vide § 53. (*b.*) *Obs.* 8. P. P. ἑώρᾱμαι, et ab *ὄπω, P.P. ὦμμαι, F. ὄψομαι, A. 1. P. ὤφθην, F. ὀφθήσομαι. *εἴδω, ἴδω *video*, A. 2. εἶδον.

Praes. *Ion.* ὁρέω, Perf. M. *Ion.* et *Poët.* ὄπωπα. A. 2. *Ep.* ἴδον.

Huc etiam referendum Perf. οἶδα *scio*, Imperat. ἴσθι, Subj. εἰδῶ, Opt. εἰδείην, Inf. εἰδέναι, Part. εἰδὼς. Vide § 43. *Obs.* 5.

Infin. *Ep.* ἴδμεναι, ἴδμεν; et ἴδμεν *Ion.* 1. pers. plur.

τρέχω *curro*, F. θρέξομαι, A. 1. ἔθρεξα, ambo rarissima. *δρέμω, A. 2. ἔδραμον, F. δραμοῦμαι, P. δεδράμηκα. Perf. M. *Ep.* δέδρομα.

φέρω *fero*, *οἴω, F. οἴσω, Imperat. *Ep.* οἶσε. *ἔγκω, *ἐνέκω, *ἐνέγκω, A. 1. ἤνεγκα, Conf. § 57. *Obs.* 2. A. 2. ἤνεγκον. P. ἐνήνοχα, vide § 59. *Obs.* 3. P. P. ἐνήνεγμαι, A. 1. P. ἠνέχθην, F. ἐνεχθήσομαι et οἰσθήσομαι. Verb. Adj. οἰστὸς -έος, *Poët.* φερτὸς.

φημὶ *dico*, A. 2. ἔφην. φάσκω, Imp. ἔφασκον. ‡ἔπω, A. 2. εἶπον, A. 1. εἶπα. εἴρω *Ep. dico*, F. *Ion.* ἐρέω, *Att.* ἐρῶ. *ἔρω, per Metathesin *ῥέω, P. εἴρηκα, vide § 59. *Obs.* 2. P. P. εἴρημαι, A. 1. P. ἐρρήθην, vide § 64. *Obs.* 2. F. ῥηθήσομαι, P. p. F. εἰρήσομαι. Verb. Adj. ῥητὸς et -έος.

ὠνέομαι *emo*, F. ὠνήσομαι. *πρίαμαι, A. 2. ἐπριάμην.

## § 83. Syncope Verborum.

Verba, quae vulgò Syncopen admittunt, haec sunt
ἐγείρω *excito*, A. 2. M. ἠγρόμην pro ἠγερόμην.
ἔρχομαι *venio*, A. 2. ἦλθον pro ἤλυθον, *vide* § 82.
πετάννυμι *extendo*, P. P. πέπταται pro πεπέταται.
πέταμαι, πέτομαι *volo*, F. πτήσομαι pro πετήσομαι, A. 2. ἐπτάμην pro ἐπετάμην et ἐπτόμην pro ἐπετόμην.
πίπτω, pro *πιπέτω *cado*. Vide § 47. (*a*.)

ἀγρόμενος pro ἀγερόμενος A. 2. M. Part. *Ep.*, ab ἀγείρω *colligo*.
ἀνέπαλτο pro ἀνεπάλετο A. 2. M. ab ἀναπάλλω *sursum vibro*.
ἐκεκλόμην pro ἐκεκελόμην A. 2. cum Redupl., *Hom.* a κέλομαι *jubeo*.
ἐλέγμην pro ἐλεγόμην A. 2. M. (declin. quasi Plusq. Perf., 3. per. Sing. ἔλεκτο, Imperat. λέξο, vel λέξεο) a λέγομαι *cubo*. Conf. § 62 Obs.
ἔϊκτον pro ἐοίκατον 2 pers. Dual. Perf. M. ab *εἴκω, ἔοικα *videor*.
ἔοιγμεν pro ἐοίκαμεν 1 pers. Plur. Perf. M. ab εἴκω *videor*.
ἐπέπιθμεν pro ἐπεπίθειμεν 1 pers. Plur. Pluperf. ab ἐπιπείθομαι *obedio*.
ἔπεφνον pro ἐπέφενον A. 2. cum Redupl. *Ep.*, a *φένω *occido*.
ἐρῦμην pro ἐρυόμην Imperf. ab ἐρύομαι *custodio*, Inf. ἔρυσθαι.
κέκραγμεν pro κεκράγαμεν 1 pers. Plur. Perf. M. a κράζω *clamo*.

## § 84. Metathesis Verborum.

Verba, quae vulgò Metathesin admittunt, haec sunt:

βάλλω (*βάλω, per Metath. βλάω) *jacio*, P. βέβληκα, P. P. βέβλημαι, A. 1. P. ἐβλήθην.

δαμάζω, *Ep.* δαμάω (*δάμω, per Metath. δμάω) *domo*, P. P. δέδμημαι, A. 1. P. ἐδμήθην.

δέμω *Ion.* et *Poët.* (per Metath. δμέω) *aedifico*, P. P. δέδμημαι. Conf. *Verb. praeced.*

θνήσκω (*θάνω, per Metath. θνάω) *morior*, P. τέθνηκα.

καλέω (*κάλω, per Metath. κλάω) *coco*, P. κέκληκα, P. P. κέκλημαι, A. 1. P. ἐκλήθην.

κάμνω (*κάμω, per Metath. κμάω) *laboro*, P. κέκμηκα.

κεράννυμι, *Poët.* *κεράω, (*κέρω, per Metath. κράω) *misceo*. P. P. κέκρᾱμαι, A. 1. P. ἐκρᾱθην.

πιπράσκω (περάω, *πέρω, per Metath. πράω) *vendo*, P. πέπρᾱκα, P. P. πέπρᾱμαι, A. 1. P. ἐπρᾱθην.

πίπτω (πιπέτω, conf. § 47. (*a.*) *πέτω, per Metath. πτέω, πτόω) *cado*, P. πέπτωκα. Part. *Ep.* πεπτεὼς, *Att.* πεπτὼς. Vide § 81. (*b.*)

σκέλλω vel σκελέω (*σκάλω, per Metath. σκλάω vel σκλέω) *sicco*, F. σκλήσομαι, P. ἔσκληκα, A. 2. ἔσκλην. Vide *p.* 100. § 81. (*a.*)

στορέννυμι, στρώννυμι (*στόρω, per Metath. στρόω) *sterno*, F. στρώσω, A. 1. ἔστρωσα. P. P. ἔστρωμαι, A. 1. ἐστρώθην.

τέμνω (*τέμω et *τάμω, per Metath. τμάω) *scindo*, P. τέτμηκα, P. P. τέτμημαι, A. 1. P. ἐτμήθην.

δαρθάνω *dormio*, A. 2. *Poët.* ἔδραθον pro ἔδαρθον.
δέρκομαι *video*, A. 2. *Poët.* ἔδρακον pro ἔδαρκον.
πέρθω *vasto*, A. 2. *Poët.* ἔπραθον pro ἔπαρθον.
πελάζω, *Ep.* πελάω *propinquo* per Syncopen πλάω, A. 1. *Poët.* ἐπλᾱθην, P. P. *Ep.* πέπλημαι, A. 2. M. ἐπλήμην, vide § 81. (*a.*): Nisi hoc melius per Syncopen expediri possit, πελάω, πλάω.
*πορέω *impertior* (*πόρω, per Metath. πρόω), P. P. πέπρωμαι.
ῥέζω *facio*, F. -ξω, per Metath. ab ἔργω, ἔρδω, F. -ξω, P. P. ἔοργα.
*ταλάω *fero* (*τάλω, per Metath. τλάω), F. τλήσομαι, P. τέτληκα, A. 2. ἔτλην.

# VERBA ANOMALA.

Verba sunt anomala vel formatione, vel significatione.

## Anomala Formatione.

Verborum Formatione Anomalorum septem sunt classes.

### § 85. Prima Classis.

Verba Impura formata quasi Pura in έω vel άω, ut ἐθέλω (-έω) *volo*, F. ἐθελήσω. Sic

ἀλέξω (-έω) *arceo.*
αὔξω (-έω) αὐξάνω *augeo.*
ἄχθομαι (-έομαι) *oneror.*
βάλλω (-έω) *jacio.*
βόσκω (-έω) *pasco.*
βούλομαι (-έομαι) *volo.*
γίγνομαι *sum* vel *fio.*
διδάσκω *doceo.*
εἴλω, εἴλλω vel εἵλλω, ἴλλω, εἰλέω vel εἱλέω *volvo.*
ἕλκω *traho.*
ἔρομαι (-έομαι) *interrogo.*
ἔρρω (-έω) *abeo.*
εὕδω (-έω) *dormio.*
ἔχω (*σχω, -έω) *habeo.*
ἕψω (-έω) *coquo.*
ἵζω, καθίζω (-έω) *sedeo*, vel *sedere facio.*
κέλομαι *Poët.* (-έομαι) *jubeo.*
κερδαίνω *lucror.*
κήδω *turbo.*
λαμβάνω *capio.*
μάχομαι (-έομαι) *pugno.*
μέλλω (-έω) *futurus sum.*
μέλω, unde Impers. μέλει, (-έω) *curae sum.*
μένω *maneo.*
μύζω (-έω) *sugo.*
νέμω *distribuo.*
ὄζω (-έω) *oleo.*
οἴχομαι (-έομαι) *abeo.*
ὄλλυμι, *ὄλω (-έω) *perdo.*
ὀφείλω (-έω) *debeo.*
πέτομαι (-έομαι) *volo.*
τύπτω *verbero.*
χαίρω (-έω) *gaudeo.*

§ 86. Etiam Pura quaedam dissyllaba simili modo formantur: ut δέω (-έω) *egeo*, F. δεήσω. Sic

δάω *Ep.* (-έω) *doceo.*
κλαίω, κλάω, (κλαέω) *fleo.*
λόω, λοέω *Poët.* (unde contr. λούω) *lavo.*
οἴομαι (-έομαι) *puto.*
παίω *percutio.*
ῥέω (*ῥεέω, ῥυέω) *fluo.*

## § 87. Secunda Classis.

Verba quae literas ισκ post consonantem ante finalem ω in themate inserunt, σκ post vocalem, quae, si sit α, aliquando in η, si ο, nonnunquam in ι, saepius in ω mutatur; ut εὑρίσκω (*εὕρω) *invenio*, F. εὑρήσω; ἀρέσκω (*ἀρέω) *placeo*, F. ἀρέσω. Sic

ἀλύσκω *Poët.* (*ἀλεύομαι) *vito.*

ἁλίσκομαι (*ἁλόω) *capior.*

ἀμβλίσκω, ἀμβλόω *abortior.*

ἀμπλακίσκω *Poët.* (*ἀμπλάκω) *erro.*

ἀπαφίσκω (*ἄφω) *Ep. decipio.*

ἀραρίσκω *Poët.* (*ἄρω) *apto.*

βιβρώσκω (*βρόω) *edo.*

βλώσκω *Poët.* (*βλόω) *venio.*

γεγωνίσκω *Poët. clamo.*

γηράσκω, γηράω *senesco.*

γιγνώσκω (*γνόω) *novi.*

διδάσκω (*δάω) *doceo.*

διδράσκω (*δράω) *aufugio.*

ἐπαυρίσκομαι (*ἐπαύρω) *fructum percipio.*

ἡβάσκω *pubesco* (ἡβάω *pubeo*).

θνήσκω (*θάνω, θνάω) *morior.*

θρώσκω (*θόρω, θρόω) *salio.*

ἱλάσκομαι, ἵλαμαι, -έομαι, -άομαι, *propitium reddo.*

ἴσκω vel εἴσκω *assimilo* (εἴκω *similis sum*).

λάσκω (*λάκω) *sono.*

μεθύσκω, *ebrium reddo* (μεθύω *ebrius sum*).

μιμνήσκω (*μνάω) *in memoriam revoco.*

πάσχω (*πάθω, πήθω) *patior.*

πιπίσκω (*πίω) *potum do.*

πιπράσκω (*περάω, πράω) *vendo.*

τιτρώσκω (*τορέω, τρόω) *vulnero.*

τιτύσκω *paro* (τεύχω *fabricor*).

## § 88. Tertia Classis.

Verba quae literam ν ante finalem ω in themate inserunt; ut τέμνω (*τέμω) *scindo*, F. τεμῶ. Sic

βαίνω (*βάω) *eo.*

δάκνω (*δάκω, δήκω) *mordeo.*

δύνω (δύω) *subeo.*

ἐλαύνω (ἐλάω) *agito.*

κάμνω (*κάμω, κμάω) *laboro.*

πίνω (*πίω) *bibo.*

τίνω (*τίω) *solvo.*

φθάνω (*φθάω) *praevenio.*

φθίνω, φθίω, *Ep. pereo, perdo.*

## § 89. Quarta Classis.

Verba quae literas *αν* vel *αιν* ante finalem *ω* in themate inserunt; ut *ἁμαρτάνω* (**ἁμάρτω*) *erro*, A. 2. *ἥμαρτον*, *ὀσφραίνομαι* (**ὄσφρομαι*) *odoror*, A. 2. *ὠσφρόμην*. Sic

*αἰσθάνομαι* (**αἴσθομαι*) *sentio.*
*ἀλιταίνω* *Poët.*(**ἀλίτω*)*pecco.*
*ἀλφάνω* et *-αίνω* *Poët.* (**ἄλφω*) *consequor.*
*ἀπεχθάνομαι*, *Poët.* *ἔχθομαι*, *invisus sum.*
*αὐξάνω*, *αὔξω* *augeo.*
*βλαστάνω* (**βλάστω*) *germino.*
*δαρθάνω* (**δάρθω*) *dormio.*
*ἐριδαίνω* (**ἐρίδω*) *rixor.*
*κερδαίνω* (**κέρδω*) *lucror.*
*κιχάνω* (**κίχω*, *-ημι*) *consequor.*
*οἰδαίνω*, *-άνω*, *οἰδέω* *tumeo.*
*ὀλισθαίνω*, *-άνω* (**ὀλίσθω*) *elabor.*
*ὀφλισκάνω* (**ὄφλω*) *debeo.*

## § 90. Quinta Classis.

Verba quae praeter literas *αν* ante finalem *ω*, literam *ν* vel *γ*, vel *μ* post primam thematis syllabam inserunt; ut *λανθάνω* (*λάθω*) *lateo*, A. 2. *ἔλαθον*. Sic

*ἁνδάνω* (*ἅδω*) *placeo.*
*ἐρυγγάνω*, *ἐρεύγομαι* *eructo.*
*θιγγάνω* (**θίγω*) *tango.*
*λαγχάνω* (**λάχω*, *λήχω*) *sortior.*
*λαμβάνω* (**λάβω*, *λήβω*) *capio.*
*μανθάνω* (**μάθω*, *μήθω*) *disco.*
*πυνθάνομαι*, *Poët.* *πεύθομαι*, *sciscitor.*
*τυγχάνω* (*τεύχω*) *sum* vel *consequor.*
*χανδάνω* (**χάδω*, *χήδω*, *χάνδω*) *contineo.*

## § 91. Sexta Classis.

Verba quae syllabam νε ante finalem ω in themate inserunt; ut κυνέω (κύω) *osculor*, F. κῠσω. Sic

ἀμπισχνέομαι (*ἴσχομαι, ἔχομαι) *circuminduor.*
βυνέω (βύω) *obturo.*
ἱκνέομαι, *Ep.* ἵκω, *venio.*
ὑπισχνέομαι, vide ἀμπισχνέομαι.

## § 92. Septima Classis.

Verba pura partim formata quasi impura, ejiciendo literam α vel ε ante finalem ω; ut δοκέω (*δόκω) *videor*, F. δόξω. Sic

ἀπαυράω (*ἀπαύρομαι) *aufero.*
ἀχέω (*ἄχω) *doleo.*
βρυχάομαι (βρύχομαι) *frendeo.*
γαμέω (*γάμω) *duco uxorem.*
γηθέω (*γήθω) *gaudeo.*
δαμάω *Ep.* (δάμω) *domo.*
δουπέω *Poët.* (*δούπω) *sono.*
καλέω (*κάλω) *voco.*
κτυπέω (*κτύπω) *strepo.*
κυρέω *Ion.* et *Poët.* (*κύρω) *sum* vel *consequor.*
μηκάομαι (*μήκομαι) *balo.*
μυκάομαι (μύκομαι) *mugio.*
ξυρέω (ξύρομαι) *rado.*
πατέομαι (*πάτομαι) *vescor.*
ῥιγέω *Poët.* (*ῥίγω) *horreo.*
στυγέω (*στύγω) *odi.*
χραισμέω *defendo.*
ὠθέω (*ὤθω) *pello.*

Obs. 1. Huc accedant nonnulla verba pura apud *Poëtas* reperta, quae literam ι ante finalem ω in themate inserunt; ut δαίω (*δάω) *divido* F. δᾰσομαι. Sic

ἀγαίομαι *Ep.* et *Ion.*, ἀγάομαι *Ep.* *invideo.*
δαίω *Poët.* (*δάω) *incendo.*
μαίομαι *Poët.* (*μάω) *cupio.*
ναίω *Poët.* (*νάω) *habito.*

Obs. 2. Adde etiam quae primam literam thematis reduplicant cum ι; ut τιτράω (*τράω) *perforo.* Vide *not*, p. 59.

## § 93. *Verborum Formatione Anomalorum Synopsis Alphabetica.*

ἀγαίομαι *Ep.* et *Ion.*, ἀγάομαι *Ep.*, *invideo*, F. ἀγᾰσομαι, A. 1. ἠγᾰσάμην. Vide ἄγαμαι, p. 97.

αἰσθάνομαι (*αἴσθομαι) *sentio*, A. 2. ᾐσθόμην†, unde F. αἰσθήσομαι.

ἀλέξω (-έω) *arceo*, A. 1. ἠλεξάμην, F. ἀλεξήσω.

A. 2. *Poët.* (ab *ἀλέκω, ἄλκω) cum Reduplic. ἤλαλκον, unde F. ἀλαλκήσω.

ἁλίσκομαι (*ἁλόω) *capior*, F. ἁλώσομαι, A. 2. ἑᾱλων et

---

† Quaedam sunt Aorista Secunda, praesertim Verborum in άνω vel αίνω. a quibus, tanquam a novo themate in έω, conjugatio oritur in -ήσω, -ηκα;

| | | |
|---|---|---|
| sic ἀμπλακίσκω *erro*, | Aor. 2. ἤμπλακον, | Fut. ἀμπλακήσω |
| αἰσθάνομαι *sentio*, | ᾐσθόμην, | αἰσθήσομαι |
| ἀλιταίνω, *pecco*, | ἤλιτον, | ἀλιτήσω |
| ἁμαρτάνω *erro*, | ἥμαρτον, | ἁμαρτήσομαι |
| ἁνδάνω *placeo*, | ἕαδον, | ἁδήσω |
| ἀπαφίσκω *decipio*, | ἤπαφον, | ἀπαφήσω |
| ἀπεχθάνομαι *invisus sum*, | ἠχθόμην, | ἀπεχθήσομαι |
| ἀκαχίζω *vexo*, | ἤκαχον, | ἀκαχήσω |
| βλαστάνω *pullulo*, | ἔβλαστον, | βλαστήσω |
| γίγνομαι *nascor*, | ἐγενόμην, | γενήσομαι |
| δαρθάνω *dormio*, | ἔδαρθον, | δαρθήσομαι |
| *δρέμω *curro*, | ἔδραμον, | δεδράμηκα |
| ἐπαυρίσκομαι *fruor*, | ἐπηυρόμην, | ἐπαυρήσομαι |
| ἔρομαι *interrogo*, | ἠρόμην, | ἐρήσομαι |
| εὑρίσκω *invenio*, | εὗρον, | εὑρήσω |
| κέλομαι *jubeo*, | ἐκλόμην, | κεκλήσομαι |
| κιχάνω *consequor*, | ἔκιχον, | κιχήσομαι |
| λάσκω *sono*, | ἔλακον, | λακήσω |
| μανθάνω *disco*, | ἔμαθον, | μαθήσομαι |
| ὀλισθαίνω *elabor*, | ὤλισθον, | ὀλισθήσω |
| ὀσφραίνομαι *odoror*, | ὠσφρόμην, | ὀσφρήσομαι |
| ὀφείλω *debeo*, | ὤφελον, | ὀφειλήσω |
| ὀφλισκάνω *debeo*, | ὦφλον, | ὀφλήσω |
| πείθω *persuadeo*, | ἔπιθον, | πιθήσω |
| ῥέω *fluo*, | ἐρρύην, | ῥυήσομαι |
| *σχω *habeo*, | ἔσχον, | σχήσω |
| τυγχάνω *consequor*, | ἔτυχον, | τετύχηκα |
| χαίρω *gaudeo*, | ἐχάρην, | κεχάρηκα. |

ἥλων, P. ἑάλωκα et ἥλωκα. Vide § 53. (*b.*) *Obs.* 7. Tempora Activae vocis suppeditat verbum *αἱρέω*.

A. 2. Opt. ἁλοίην, vide § 81. (*a.*) *Hom.* ἁλώην.

ἀλύσκω *Poët.* (ἀλεύομαι) *vito*, F. ἀλύξω, A. 1. ἤλυξα.

ἀλιταίνω *Poët.* (*ἀλίτω) *pecco*, A. 2. ἤλιτον, unde F. ἀλιτήσω: vide *not.* p. 109.

Part. Perf. (vel Aor. per *Sync.*) *Ep.* ἀλιτημένος.

ἀλφάνω et -αίνω *Poët.* (*ἄλφω) *consequor*, A. 2. ἦλφον.

ἁμαρτάνω (*ἁμάρτω) *erro*, A. 2. ἥμαρτον, unde F. ἁμαρτήσομαι, P. ἡμάρτηκα: vide *not.* p. 109.

A. 2. *Ep.* per Metath. ἤμβροτον (cum Spiritu leni) β insertâ, et α mutatâ in ο.

ἀμβλίσκω, ἀμβλόω *abortior*, F. ἀμβλώσω, P. ἤμβλωκα.

ἀμπισχνέομαι (*ἴσχομαι, ἔχομαι) *circuminduor*, A. 2. ἠμπεσχόμην, vide § 54. *Obs.* 3; F. ἀμφέξομαι. Sic ὑπισχνέομαι, *Ion.* ὑπίσχομαι, *promitto*, A. 2. ὑπεσχόμην, F. ὑποσχήσομαι, P. ὑπέσχημαι.

ἀμπλακίσκω *Poët.* (*ἀμπλάκω) *erro*, formatum ab A. 2. ἤμπλακον (vel ἤπλακον), unde F. ἀμπλακήσω. Vide *not.* p. 109.

ἁνδάνω *Ion.* et *Poët* (*ἅδω, *conf.* ἥδομαι) *placeo*, A. 2. ἕᾰδον, *Hom.* cum Digamm. εὔαδον, P. ἕᾱδα: vide § 53. (*b.*) *Obs.* 7; F. ἁδήσω: vide *not.* p. 109.

Imperf. *Herod.* ἑάνδανον, *Hom.* ἑήνδανον et ἥνδανον.

ἀπαυράω (*ἀπαύρω) *aufero*, A. 1. m. ἀπηυράμην.

A. 1. Part. ἀπούρας et A. 1. m. ἀπουράμενος. *Ep.* tanquam ab ἀπούρω.

ἀπαφίσκω *Ep.* (*ἄφω, cum Redupl. *ἀπάφω, unde recentius ἀπατάω) *decipio*, A. 2. ἤπαφον, unde F. ἀπαφήσω: vide *not.* p. 109. Conf. ἀμπλακίσκω.

ἀπεχθάνομαι, *Poët.* ἔχθομαι, *invisus sum*, A. 2. ἀπηχθόμην, unde F. ἀπεχθήσομαι, vide *not.* p. 109, P. P. ἀπήχθημαι.

ἀραρίσκω *Poët.* (*ἄρω, cum Reduplic. vide ἀπαφίσκω) *apto*, F. ἄρσω, A. 1. ἦρσα: vide § 47. (*d.*) A. 2. cum Reduplic. ἤρᾰρον, P. ἄρηρα, *Att.* ἄρᾱρα. Conf. § 68. *Obs.* 3.

P. P. *Ep.* ἀρήρεμαι. A. 2. M. Part. per *Sync.* ἄρμενος.

ἀρέσκω (*ἀρέω) *placeo*, F. ἀρέσω, A. 1. ἤρεσα, P. P. ἤρεσμαι. Conf. *Verb. praeced.*

αὐξάνω, αὔξω *augeo*, F. αὐξήσω, A. 1. ηὔξησα, P. ηὔξηκα, κ.τ.λ., tanquam a themate in έω: vide *not.* p. 109.

ἀχέω, (*ἄχω) *doleo*, Praes. M. ἄχομαι vel ἄχνυμαι, A. 2. cum reduplic. ἤκαχον, unde F. ἀκαχήσω: vide *not.* p. 109; A. 1. ἠκάχησα, et novum thema ἀκαχίζω *vexo*, P. P. ἀκήχεμαι et per Metathesin quantitatis ἀκάχημαι. Infin. ἀκαχῆσθαι.

ἄχθομαι (-έομαι) *oneror*, F. ἀχθέσομαι. Conf. § 47. (*e.*) 3. A. 1. ἠχθέσθην.

βαίνω (*βάω, cujus α producitur in αι, conf. ἐλαύνω) *eo*, F. βήσομαι, P. βέβηκα, A. 1. ἔβησα *ire feci*, vide § 94. (*b.*) A. 2. ἔβην, vide § 81. (*a.*) P. M. *βέβαα, Pl. βέβαμεν, vide § 81. (*b.*) P. P. βέβαμαι in compositis, ut παραβέβᾰμαι; A. 1. P. παρεβᾰθην, Verb. Adj. βατὸς.

F. *Dor.* βᾱσεῦμαι, Aor. M. *Ep.* ἐβήσετο et -ατο, Imperat. βήσεο. Vide p. 50. § 43. *Obs.* 6.

βάλλω (-έω) *jacio*, F. interdùm βαλλήσω, et A. 1. ἐβάλλησα, vulgò F. βαλῶ, A. 2. ἔβαλον, P. per Metath. βέβληκα, P. P. βέβλημαι: vide § 84.

A. 2. *Ep.* ἔβλην, Med. ἐβλήμην, vide § 81. (*a.*); Fut. βλήσομαι; P. P. βεβόλημαι.

βιβρώσκω (*βρόω, cum praefixo βι, vide *notam* p. 59) *edo*, P. βέβρωκα, P. P. βέβρωμαι, A. 1. ἐβρώθην. Reliqua Tempora suppeditat verbum ἐσθίω: vide p. 102.

A. 2. *Ep.* ἔβρων. Perf. Part. βεβρὼς, vide § 81. (*b.*)

βλαστάνω (*βλάστω) *germino*, A. 2. ἔβλαστον, unde F. βλαστήσω, vide *not.* p. 109, Aor. 1. ἐβλάστησα, P. ἐβλάστηκα.

βλώσκω *Poët.* (*βλόω, *μλόω, per Metath. a *μόλω) *venio*, A. 2. ἔμολον, F. μολοῦμαι, P. μέμβλωκα.

βόσκω (-έω) *pasco*, F. βοσκήσω, A. 1. ἐβόσκησα.

βούλομαι (-έομαι) *volo*, F. βουλήσομαι, P.P βεβούλημαι.

βρυχάομαι (βρύχομαι) *frendeo*, P. M. *Poët.* βέβρῡχα, cum vi Praesentis, F. βρυχήσομαι.

βυνέω (βύω) *obturo*, F. βῡσω, A. 1. ἔβῡσα, P. P. βέβυσμαι, A. 1. P. ἐβύσθην.

γαμέω (*γάμω) *duco uxorem*, A. 1. ἔγημα, P. γεγάμηκα.

γεγωνίσκω *Poët.* *clamo*, P. M. γέγωνα cum vi Praesentis unde novum thema γεγωνέω, F. γεγωνήσω.

γηθέω (*γήθω) *gaudeo*, P. M. γέγηθα, F. γηθήσω.

γηράσκω, γηράω *senesco*, F. γηράσομαι, A. 1. ἐγήρᾱσα, A. 2. ἐγήρᾱν, Inf. γηρᾶναι: vide § 81. (*a*.)

γίγνομαι, per Sync. pro γιγένομαι (*γένομαι cum praefixo γι, vide *notam* p. 59.) *sum* vel *fio*, A. 2. ἐγενόμην, P. M. γέγονα, F. γενήσομαι, P. P. γεγένημαι, A. 1. apud *recent.* ἐγενήθην, P. M. Part. γεγὼς: vide § 81. (*b*.)

Praes. *Ep.* γείνομαι, A. 1. M. ἐγεινάμην *genui*, Perf. *Poët.* Plur. γέγαμεν, κ.τ.λ. vide § 81. (*b*.) A. 2. *Poët.* ἔγεντο per Sync. pro ἐγένετο.

γιγνώσκω (*γνόω, cum praefixo γι, vide *notam* p. 59.) *novi*, F. γνώσομαι, A. 2. ἔγνων, vide § 81. (*a*.) P. ἔγνωκα, P. P. ἔγνωσμαι. Verb. Adj. γνωτὸς et -στὸς.

δαίω *Poët.* (*δάω) *divido*, F. δᾰσομαι, P. P. δέδασμαι, A. 1. M. ἐδᾰσάμην.

δαίω *Poët.* (*δάω) *incendo*, A. 2. P. ἐδάην, P. M. δέδηα.

δάκνω (*δάκω, δήκω) *mordeo*, A. 2. ἔδακον, F. δήξομαι, P. δέδηχα, P. P. δέδηγμαι, A. 1. P. ἐδήχθην.

δαμάω *Ep.* (δάμω) *domo*, A. 2. ἔδαμον, A. 2. Pass. ἐδάμην.

δαρθάνω (*δάρθω) *dormio*, A. 2. ἔδαρθον, F. δαρθήσομαι, vide *not.* p. 109, P. δεδάρθηκα.

A. 2. *Poët.* per Metath. ἔδραθον.

*δάω *Ep.* (-έω) *doceo*, A. 2. P. ἐδάην. Subj. δαῶ, *Ep.* δαείω. Inf. δαῆναι *Ep.* δαήμεναι, F. δαήσομαι, P. P. δεδάημαι.

δέω, unde Impers. δεῖ, (-έω) *egeo*, F. δεήσω, A. 1. ἐδέησα.

διδάσκω (*δάω cum praefixo δι, vide *notam* p. 59) *doceo*, F. διδάξω, P. δεδίδαχα.

Fut. *Poët.* διδασκήσω.

διδράσκω (*δράω, cum praefixo δι, vide *notam* p. 59) *aufugio*, F. δράσομαι, A. 1. ἔδρᾱσα, A. 2. ἔδρᾱν, vide § 81. (*a.*) P. δέδρακα.

δοκέω (*δόκω) *videor*, F. δόξω, A. 1. ἔδοξα, P. P. δέδογμαι, F. *Poët.* δοκήσω, (Conf. ὤσω et ὠθήσω ab ὠθέω,) A. 1. ἐδόκησα, P. P. δεδόκημαι.

δουπέω, *Poët.* (*δούπω) *sono*, P. M. δέδουπα, F. δουπήσω, A. 1. ἐδούπησα.

δύνω (δύω) *subeo*, F. δῡσω, A. 1. ἔδῡσα, A. 2. ἔδῡν, vide § 81. (*a.*); P. δέδῡκα, P. P. δέδῠμαι, A. 1. P. ἐδῠθην, vide § 61. *Obs.* 3.

Aor. M. *Ep.* ἐδύσετο, Imperat. δύσεο, Part. δυσόμενος. Conf. ἐβήσετο a βαίνω.

ἐθέλω (-έω) *volo*, F. ἐθελήσω, A. 1. ἠθέλησα, P. ἠθέληκα. Conf. θέλω.

εἴλω, εἴλλω vel εἴλλω, ἴλλω, εἰλέω vel εἱλέω, *volvo*, F. εἰλήσω, P. P. εἴλημαι.

Praeter Praes. et Imperf. *Homerus* reliqua Tempora deducit ab ἔλω, sic A. 1. ἔλσα, P. P. ἔελμαι, A. 2. Pass. ἐάλην, Inf. ἀλῆναι, Part. ἀλεὶς.

ἐλαύνω (ἐλάω, cujus α producitur in αυ, conf. βαίνω) *agito*, F. ἐλᾰσω, vide § 47. (*e.*); A. 1. ἤλᾰσα, P. ἐλήλᾰκα, P. P. ἐλήλᾰμαι, vide § 61. *Obs.* 3.; A. 1. P. ἠλᾰθην. Verb. Adj. ἐλατὸς.

Perf. P. *non-Att.* ἐλήλασμαι, A. 1. P. ἠλάσθην.

ἕλκω *traho.* *Atticè* tempora formantur ab ἑλκύω.

(έω) F. *Hom.* ἑλκήσω, A. 1. ἥλκησα.

ἐπαυρίσκομαι (*ἐπαύρω) *fructum percipio*, A. 2. ἐπηῦρον. unde F. ἐπαυρήσομαι, A. 2. M. ἐπηυρόμην, vide *not.* p. 109.

ἐριδαίνω (*ἐρίδω, -έω) *rixor*, F. ἐριδήσω, A. 1. M. Inf. ἐρῑδήσασθαι.

ἔρομαι (-έομαι) *interrogo*, A. 2. ἠρόμην, unde F. ἐρήσομαι. Reliqua Tempora suppeditat verbum ἐρωτάω.

Praes. *Ion.* εἴρομαι, F. εἰρήσομαι.

ἔρρω (-έω) *abeo*, F. ἐρρήσω, A. 1. ἤρρησα.

ἐρυγγάνω, ἐρεύγομαι *eructo*, A. 2. ἤρυγον, F. ἐρεύξομαι.

εὕδω (-έω) *dormio*, F. εὑδήσω.

εὑρίσκω (*εὕρω) *invenio*, A. 2. εὗρον, unde F. εὑρήσω, vide *not.* p. 109. P. εὕρηκα, P. P. εὕρημαι, A. 1. P. εὑρέθην, vide § 64. *Obs.* 2. Verb. Adj. εὑρετὸς, et -έος.

A. i. m. εὑράμην, Part. εὑράμενος in Nov. Test.

ἔχω (*σχω, -έω) *habeo*, A. 2. ἔσχον; F. σχήσω, vulgò ἕξω, P. ἔσχηκα, P. P. ἔσχημαι, A. 1. P. ἐσχέθην. Conf. § 64. *Obs.* 2. Verb. Adj. σχετὸς et ἑκτὸς, -έος.

A. 2. *Poët.* ἔσχεθον, tanquam a *σχέθω; Perf. *Ep.* (*ὄχα, ὦχα cum Reduplic. ὄκωχα per Metath. ὄχωκα. Conf. οἴχωκα ab οἴχομαι.

ἕψω (-έω) *coquo*, F. ἑψήσω. Verb. Adj. ἑφθὸς, ἑψητὸς et ἑψητέος.

ἡβάσκω *pubesco* (ἡβάω *pubeo*), F. ἡβήσω, A. 1. ἥβησα.

θέλω (-έω) *volo*, F. θελήσω, A. 1. ἐθέλησα. Conf. ἐθέλω.

θιγγάνω (*θίγω) *tango*, A. 2. ἔθιγον, F. θίξομαι.

θνήσκω (*θάνω, per Metath. θνάω) *morior*, A. 2. ἔθανον, F. θανοῦμαι, P. τέθνηκα, Plur. τέθναμεν, κ.τ.λ. vide § 81. (*b.*)

θρώσκω (*θόρω, per Metath. θρόω) *salio*, A. 2. ἔθορον, F. θοροῦμαι, P. M. τέθορα.

ἵζω, καθίζω (-έω) *sedere facio* vel *sedeo*, F. καθιῶ, F. M. καθιζήσομαι.

ἱκνέομαι, *Ep.* ἵκω, *venio*, F. ἵξομαι, P. P. ἶγμαι, A. 2. ἱκόμην, unde *Poët.* per Sync. ἶκτο, et Part. ἵκμενος.

ἱλάσκομαι, ἵλαμαι -έομαι -άομαι, *propitium reddo*, F. ἱλᾰσομαι, A. 1. ἱλασάμην.

Imperat. *Ep.* ἵληθι *Dor.* ἵλᾰθι *propitius sis*, tanquam ab ἵλημι.

κάμνω (*κάμω, per Metath. κμάω) *laboro*, F. καμοῦμαι, A. 2. ἔκαμον, P. κέκμηκα, Part. κεκμηὼς, Gen. -ότος et -ῶτος: vide § 81. (*b.*)

κέλομαι *Poët.* (-έομαι) *jubeo*, A. 2. (ἐκελόμην per Sync. ἐκλόμην) cum Reduplic. ἐκεκλόμην, F. κελήσομαι, vide *not.* p. 109, A. 1. ἐκελησάμην.

κερδαίνω *lucror*.

(*κέρδω -έω) F. *Ion.* κερδήσομαι.

κήδω *turbo*, F. κηδήσω.

κιχάνω (*κίχω -ημι) *consequor*, A. 2. ἔκιχον, unde F. κιχήσομαι: vide *not.* p. 109.

Praes. Subj. *Ep.* (κιχῶ) κιχείω, Opt. κιχείην, Inf. κιχῆναι, Part. κιχεὶς, Imperf. ἐκίχην.

κλαίω, *Att.* κλάω (-έω) *fleo*, F. -ήσω, vulgò κλαύσομαι, A. 1. ἔκλαυσα, P. P. κέκλαυμαι et -σμαι. Verb. Adj. κλαυτὸς -στὸς -στέος.

κτυπέω (*κτύπω) *strepo*, A. 2. ἔκτυπον, F. κτυπήσω, A. 1. ἐκτύπησα.

κυνέω (κύω) *osculor*, F. κῦσω, A. 1. ἔκῦσα. Sed προσκυνέω, -ήσω, A. 1. προσεκύνησα, et *Poët.* quoque προσέκυσα.

κῦρέω *Ion.* et *Poët.* (*κῦρω) *sum* vel *consequor*, Imperf. ἔκῦρον, F. κύρσω et κυρήσω, A. 1. ἔκυρσα et ἐκύρησα: vide § 47. (*d.*)

λαγχάνω (*λάχω, λήχω) *sortior*, A. 2. ἔλαχον, F. λήξομαι, P. εἴληχα et λέλογχα (tanquam a *λέγχω, Conf. πέπονθα a πένθω sub voc. πάσχω), P.P. εἴληγμαι: vide § 59. *Obs.* 2.

Fut. *Ion.* λάξομαι, A. 2. *Ep.* λέλαχον: vide § 66. *Obs.* 3.

λαμβάνω (*λάβω, λήβω) *capio*, A. 2. ἔλαβον, F. λήψομαι, P. εἴληφα, P. P. εἴλημμαι et λέλημμαι, vide § 59. *Obs.* 2; A. 1. P. ἐλήφθην.

Perf. *Ion.* λελάβηκα, F. *Dor.* λαψοῦμαι, *Ion.* λάμψομαι (tanquam a λάμβω). P. P. λέλαμμαι, A. 1. P. ἐλάμφθην. Verb. Adj. λαμπτέος.

λανθάνω (*λάθω) λήθω *lateo*, A. 2. ἔλαθον, F. λήσω, P. M. λέληθα, P. P. λέλησμαι *oblitus sum.*

λάσκω (*λάκω) *sono*, A. 2. ἔλᾰκον; unde F. λακήσω, A. 1. ἐλάκησα, vide *not.* p. 109; P. M. λέλᾱκα, unde novum thema λᾱκέω *Dor.*, ληκέω *Ion.* vide sub γεγωνίσκω, p. 111.

λόω, λοέω *Poët.* (unde contr. λούω, F. λούσω) *lavo.*

A. 1. *Hom.* (ἐλόεσα) Inf. λοέσσαι F. M. λοέσσομαι.

μαίομαι *Poët* (*μάω) *capio*, F. μᾰσομαι, A. 1. ἐμᾰσάμην.

μανθάνω (*μάθω, μήθω) *disco*, A. 2. ἔμαθον, F. μαθήσομαι, vide *not.* p. 109, P. μεμάθηκα.

Fut. M. *Dor.* μαθεῦμαι pro -οῦμαι, tanquam a μαθέσομαι.

μάχομαι (-έομαι) *pugno*, F. μαχοῦμαι, A. 1. ἐμαχεσάμην, P. P. μεμάχημαι. Verb. Adj. μαχετέος et -ητέος.

μεθύσκω *ebrium reddo*, μεθύω *ebrius sum*, F. μεθῦσω, A. 1. ἐμέθῦσα.

μέλλω (-έω) *futurus sum*, F. μελλήσω, A. 1. ἐμέλλησα.

μέλω, unde Impers. μέλει, (-έω) *curae sum*, F. μελήσω, A. 1. ἐμέλησα, P. μεμέληκα.

Perf. M. *Ep.* μέμηλα, P. P. (μεμέληται) μέμβλεται.

μένω *maneo*, P. μεμένηκα: vide § 58. *Obs.* 3. (*c.*)

μηκάομαι (*μήκομαι) *balo*, A. 2. ἔμακον, P. μέμηκα.

μιμνήσκω (*μνάω, cum praefixo μι, vide *notam* p. 59) *in memoriam revoco*, F. μνήσω, A. 1. ἔμνησα, P.P. μέμνημαι, A. 1. P. ἐμνήσθην: vide § 64. *Obs.* 1.

μύζω (-έω) *sugo*, F. μυζήσω.

μυκάομαι (*μύκομαι) *mugio*, A. 2. ἔμυκον, P. μέμῡκα.

ναίω *Poët.* (*νάω) *habito*, A. 1. ἔνᾰσα, ἔνασσα *habitare feci*. Conf. § 94. (*b.*) F. M. νάσσομαι, A. 1. M. ἐνασσάμην, A. 1. P. ἐνάσθην.

νέμω *distribuo*, P. νενέμηκα, vide § 58. *Obs.* 3. (*c.*)

ξυρέω (ξύρομαι) *rado*, A. 1. M. ἐξυράμην, P.P. ἐξύρημαι.

ὄζω (έω) *oleo*, F. ὀζήσω, A. 1. ὤζησα, P. M., cum vi Praesentis, ὄδωδα.

οἰδαίνω, -άνω, οἰδέω *tumeo*, F. οἰδήσω.

οἴομαι (-έομαι) *puto*, F. οἰήσομαι, A. 1. ᾠήθην.

Praes. *Ep.* ὀΐω, ὀΐομαι, A. 1. ὠϊσάμην et ὠΐσθην.

οἴχομαι (-έομαι) *abeo*, F. οἰχήσομαι, P.P. ᾤχημαι tantum in compositis, ut παρῴχημαι.

Perf. *Ep.* et *Att. Poët.* (οἶχα cum Reduplic. οἴκωχα) per Metath. οἴχωκα. Conf. ὄχωκα ab ἔχω.

ὀλισθαίνω, -άνω, (*ὀλίσθω) *elabor*, A. 2. ὤλισθον, F. ὀλισθήσω, P. ὠλίσθηκα: vide *not.* p. 109.

ὄλλυμι, *ὄλω (-έω) *perdo*, A. 1. ὤλεσα, P. cum reduplic. ὀλώλεκα, F. ὀλῶ, F. M. ὀλοῦμαι, A. 2. M. ὠλόμην, P. M. ὄλωλα. Vide § 68. *Obs.* 3.

ὀσφραίνομαι (*ὄσφρομαι) *odoror*, A. 2. ὠσφρόμην, F. ὀσφρήσομαι: vide *not.* p. 109.

A. 1. *Ion.* ὠσφράμην.

ὀφείλω (-έω) *debeo*, A. 2. ὤφελον, F. ὀφειλήσω, vide *not.* p. 109. A. 1. ὠφείλησα. Conf. ὀφλισκάνω.

ὀφλισκάνω (*ὄφλω) *debeo*, A. 2. ὦφλον, F. ὀφλήσω, vide *not.* p. 109. P. ὤφληκα. Conf. ὀφείλω.

παίω *percutio.*

(-έω) F. *Att.* παιήσω.

πάσχω, pro πάθσκω, (*πάθω, πήθω) *patior*, A. 2. ἔπαθον; F. πείσομαι, et P. M. πέπονθα† a *πένθω. Verb. Adj. παθητὸς.

Perf. 2. Pl. *Hom.* πέποσθε pro πεπόνθατε, Part. πεπᾰθὼς; A. 1. Part. *Aesch.* πήσας.

πατέομαι (*πάτομαι) *vescor*, A. 1. ἐπασάμην, P. P. πέπασμαι.

πέτομαι (-έομαι) *volo*, F. πετήσομαι, vulgò πτήσομαι, A. 2. per Sync. ἐπτόμην, P. πεπότημαι a ποτάομαι.

De alterâ formâ Aoristi Secundi Act. ἔπτην, Med. ἐπτάμην, vide § 81. (*a.*)

πίνω (*πίω) *bibo*, F. πῖομαι, A. 2. ἔπιον, Imperat. πῖθι, vide § 81. (*a.*) ;——(*πόω), P. πέπωκα, P. P. πέπομαι, A. 1. P. ἐπόθην. Verb. Adj. ποτὸς, et -έος.

A. 2. Imperat. *Poët.* πίε.

πιπίσκω (*πίω, cum praefixo πι, vide *notam* p. 59) *potum do*, F. πῖσω, A. 1. ἔπῖσα.

πιπράσκω (*περάω, per *Sync.* πράω, cum praefixo πι, vide *notam* p. 59) *vendo*, P. πέπρᾱκα, P. P. πέπρᾱμαι.

πυνθάνομαι, *Poët.* πεύθομαι, *sciscitor*, F. πεύσομαι, A. 2. ἐπυθόμην, P. P. πέπυσμαι, ὕσαι, κ.τ.λ. Verb. Adj. πευστὸς et -έος.

ῥέω (*ῥεέω, ῥυέω) *fluo*, vulgò F. ῥεύσομαι, A. 1. ἔρρευσα.

*Att.* A. 2. ἐρρύην, F. ῥυήσομαι, P. ἐρρύηκα.

ῥιγέω *Poët.*, (*ῥίγω) *horreo*, P. M. ἔρρῖγα, F. ῥιγήσω.

---

† Conf. σπείσω a σπένδω; χείσομαι, κέχανδα a *χάνδω, χανδάνω.

στυγέω (*στύγω) *odi*, A. 1. *Ep.* ἔστυξα, A. 2. ἔστυγον, F. στυγήσω, A. 1. ἐστύγησα.

τέμνω (*τέμω, per Metath. τμέω, conf. § 84) *scindo*, F. τεμῶ, A. 2. ἔτεμον et ἔταμον, P. τέτμηκα, P. P. τέτμημαι, A. 1. P. ἐτμήθην.

Praes. *Ion.* τάμνω, *Ep.* τμήγω, A. 1. ἔτμηξα, A. 2. ἔτμαγον.

τίνω (*τίω) *solvo*, F. τίσω, A. 1. ἔτισα, P. τέτικα, P. P. τέτισμαι, A. 1. P. ἐτίσθην.

Praes. *Ion.* τίνυμι.

τιτράω (*τράω) *perforo*, F. τρήσω, P. τέτρηκα. Vide *notam* p. 59.

τιτρώσκω (*τορέω, per *Sync.* τρόω, cum praefixo τι, vide *notam* p. 59) *vulnero*, F. τρώσω, P. P. τέτρωμαι.

τυγχάνω (τεύχω) *sum* vel *consequor*, F. τεύξομαι, A. 2. ἔτυχον, P. τετύχηκα, vide *not.* p. 109. A. 1. *Ep.* ἐτύχησα.

τύπτω *verbero.*

(-έω) F. *Att.* τυπτήσω, P. P. τετύπτημαι. Verb. Adj. τυπτητέος.

ὑπισχνέομαι, *vide* ἀμπισχνέομαι.

φθάνω (*φθάω) *praevenio*, F. φθήσομαι, A. 1. ἔφθἄσα, A. 2. ἔφθην, vide § 81. (*a.*); P. ἔφθἄκα.

Fut. *Dor.* φθαξῶ, A. 1. ἔφθαξα, A. 2. M. *Ep.* ἐφθάμην.

φθίνω, φθίω *Ep.*, *pereo*, *perdo*, F. φθίσω, A. 1. ἔφθισα, P. P. ἔφθιμαι, A. 2. M. ἐφθίμην. Verb. Adj. φθιτὸς.

χαίρω (-έω) *gaudeo*, A. 2. ἐχάρην, F. χαιρήσω, P. κεχάρηκα. Verb. Adj. χαρτὸς.

A. 1. M. *Ep.* χήρατο, A. 2. cum Redupl. κεχαρόμην, P. P. Part. *Eurip.* κεχαρμένος, Fut. *Ep.* cum. Redupl. κεχαρήσω.

χανδάνω (*χάδω, χήδω, χάνδω) *contineo*, A. 2. ἔχαδον, P. κέχανδα, F. χείσομαι, (conf. ἔπαθον, πέπονθα, πείσομαι a πάσχω, σπείσω a σπένδω.)

χραισμέω *defendo*, A. 2. ἔχραισμον, sed F. χραισμήσω.

ὠθέω (*ὤθω) *pello*, F. ὤσω et ὠθήσω, (conf. δόξω et δοκήσω a δοκέω,) P. ἔωθα, § 53. (*b.*) *Obs.* 7. P. P. ἔωσμαι, A. 1. ἐώσθην.

## § 94. Anomala Significatione.

(*a.*) Quaedam sunt Verba Transitiva, quae in Perfecto, Pluperfecto et Aoristo Secundo Vocis Activae vim Intransitivam sive Passivam habent; ut Transitiva *στάω, ἵστημι *statuo*, στήσω, ἔστησα; Intransitiva ἕστηκα, ἔστην.

| Sic *Transitiva.* | | | *Intransitiva.* | |
|---|---|---|---|---|
| δύω *subdo*, | δῡσω, | ἔδῡσα | δέδῡκα, | ἔδῡν |
| *σβέω *exstinguo*, | σβέσω | ἔσβεσα | ἔσβηκα, | ἔσβην |
| *σκλάω *exsicco*, | σκλήσομαι, | | ἔσκληκα, | ἔσκλην |
| φύω *gigno*, | φῡσω, | ἔφῡσα | πέφῡκα, | ἔφυν. |
| ἐρείπω *everto*, | ἐρείψω, | | ἐρήριπα *Poët.* | ἤριπον *Poët.* |

His addi potest Radix *ἁλόω, cujus Perfectum et Aoristum Secundum formae Activae vim Passivam habent. Vide § 53. (*b.*) *Obs.* 7. et § 82. sub voc. αἱρέω.

(*b.*) Pauca Verba in ceteris Intransitiva, in Futuro et Aoristo Primo vim Transitivam habent; ut Intransitiva *βάω, βαίνω *eo*, βέβηκα, ἔβην; Transitiva βήσω, ἔβησα.

| Sic *Intransitiva.* | | *Transitiva.* | |
|---|---|---|---|
| μεθύω *ebrius sum*, | | μεθύσω ἐμέθυσα. | |
| ναίω *habito*, | Intransitiva. | (ἔνασα) ἔνασσα *Ep.* | Transitiva. |
| φθίω *Ep. pereo* | | φθίσω ἔφθισα | |

(*c.*) Nonnulla verba sunt, quorum Praesens Perfecti vim habet; ut ἥκω *veni*, οἴχομαι *perii*.

(*d.*) Nonnulla etiam sunt quorum Perfectum vim Praesentis habet; ut οἶδα *novi*.

Sic ἄνωγα *jubeo*, ἔοικα *videor*, κέκτημαι *possideo*.

(*e.*) Futura Media, quae vim Activorum habent, vide suprà, § 56. *Obs.* 4.

(*f*) Futurum medium aliquandò passivè significat; ut λέξομαι, pro λεχθήσομαι *dicar*.

## *INDECLINABILIA.*

### PRAEPOSITIONES.

§ 95. Praepositiones sunt octodecim, quae in tres classes dividuntur, prout singulae vel unum, vel duos, vel tres casus regunt.

(*a*.) Octo unum casum regunt, videlicet

| Genitivum | Dativum | Accusativum. |
|---|---|---|
| ἀντὶ *against* | ἐν *in* | ἀνὰ *up* |
| ἀπὸ *ab* | σὺν, ξὺν *cum* | εἰς, ἐς *into* |
| ἐκ, ἐξ *ex* | | [ὡς *to*] |
| πρὸ *pro* | | |

(*b*.) Quatuor binos casus regunt, Genitivum et Accusativum, viz.

διὰ *per* κατὰ *down* μετὰ *with* ὑπὲρ *super*

(*c*.) Reliquae sex ternos casus regunt, Genitivum, Dativum, et Accusativum, viz.

| | | |
|---|---|---|
| ἀμφὶ *about* | παρὰ *beside* | πρὸς *from* |
| ἐπὶ *upon* | περὶ *around* | ὑπὸ *sub* |

### ADVERBIA.

§ 96. Adverbia ferè omnia derivativa sunt (vide infrà, p. 130), nonnulla verò primaria; ut

νῦν *nunc* οὐ *non* ἐκεῖ *illic* ἅλις *satis*.

Adverbia saepe abjiciunt *s*; ut

| | |
|---|---|
| ἀτρέμας et -μα *quietè* | πολλάκις et -κι *saepe* |
| ἀντικρὺς et -ρὺ *contrà* | οὕτως et -τω *sic*. |

## COMPARATIO ADVERBIORUM.

§ 97. Adverbia, ab Adjectivis derivata, cùm comparantur, mutuari solent neutra Adjectivorum, in Comparativo, Neutrum Singulare, in Superlativo, Plurale; ut

| | | |
|---|---|---|
| ἡδέως *jucundè* | ἥδῖον, | ἥδιστα |
| ἀληθῶς *verè* | ἀληθέστερον, | ἀληθέστατα |
| σοφῶς *sapienter* | σοφώτερον, | σοφώτατα. |

Reliqua si qua comparantur utrinque ferè exeunt in ω; ut

| | | |
|---|---|---|
| ἑκὰς *longè* | ἑκαστέρω, | ἑκαστάτω. |

Obs. 1. Quaedam primaria formantur quasi ab Adjectivis derivata; ut *μάλα valdè, μᾶλλον, μάλιστα.*

Obs. 2. Quaedam ambabus formis utuntur; ut ἐγγὺς *propè*, ἐγγυτέρω, et ἐγγύτερον, ἐγγυτάτω et ἐγγύτατα. Reperiuntur etiam ἔγγῖον et ἔγγιστα; ἄγχι *propè*, ἄγχιον et ἆσσον, ἄγχιστα et recentius ἀγχοτάτω.

§ 98. SYLLABAE PRAEFIXAE sunt

ἀρι ut ἀρίδακρυς *lacrymosus*
ἐρι ut ἐρίβρομος *fremibundus*
βου ut βουλιμία *ingens fames*
δα ut δάσκιος *valdè umbrosus*
ζα ut ζάκοτος *valdè iratus*

quae omnia significationem augent.

εὐ ut εὐειδὴς *formosus*
δυς ut δυσώδης *maleolens*
α ut ἀβαρὴς *non onerosus*
ἄβρομος *valdè fremens*

ἀνα ut ἀνάελπτος *inopinatus*
ἀνόμοιος *dissimilis*
νη ut νήκερος *cornibus carens*
νήνεμος *ventis carens.*

§ 99. SYLLABAE SUFFIXAE sunt

ι ut νυνὶ *nunc,*
οὑτοσὶ *hicce*
ουν ut ὁστισοῦν *quicunque*
τι ut νεωστὶ *nuper*
περ ut ὅθενπερ *undecunque*

φι, φιν apud *Epicos Poëtas,* vide § 29. *Obs. Gen.* 1.
θε, θεν vide *ibid. Obs. Gen.* 2. et *infrà*, § 113.
δε, σε, σι, θι, vide *ibid.*

# *DERIVATIO VOCUM.*

## NOMINA SUBSTANTIVA.

Substantiva derivata plerumque vel ab aliis Substantivis, vel a Verbis deducuntur, nonnulla etiam ab Adjectivis.

### Substantiva derivata ab aliis Substantivis.

Derivata ab aliis Substantivis sunt Patronymica, Deminutiva, Amplificativa, et Localia.

§ 100. Patronymica, hoc est, *progeniem significantia*, ferè descendunt a Genitivis Primitivorum.

(*a.*) Masculina sunt, quae desinunt in

*άδης*, ut Βορεάδης a Βορέας; Ἱπποτάδης ab Ἱππότης.

*ίδης*, ut Κρονίδης a Κρόνος; Νεστορίδης a Νέστωρ; Πηλεΐδης, contr. Πηλείδης, a Πηλεὺς.

*ιάδης*, a nominibus imparisyllabicis, si penultima Genitivi sit longa, ut Ἀτλαντιάδης ab Ἄτλας, -ντος; Πηληϊάδης a Πηλεὺς, -ῆος *Ion.*

Obs. 1. Apud Poëtas formatio Patronymicorum ex necessitate versûs sive Heroici, sive Iambici, maximè pendebat. Hinc apud *Homerum* legitur Λαερτιάδης pro Λαερτίδης a Λαέρτης; apud *Tragicos* Παλλαντίδης pro Παλλαντιάδης a Πάλλας.

Obs. 2. Scriptoribus *Ionicis* in usu erat alia forma ancipitis penultimae in *ίων*, ut Κρονίων a Κρόνος, Πηλεΐων contr. Πηλείων a Πηλεὺς; *Aeolicis* alia in *άδιος*, ut Ὑρράδιος ab Ὕρρας.

Obs. 3. Anomala sunt

| | |
|---|---|
| Ἀκρισιωνιάδης ab Ἀκρίσιος | Ἰαπετιονίδης ab Ἰάπετος |
| Δευκαλίδης a Δευκαλίων | Λαμπετίδης a Λάμπος. |

(*b.*) Feminina sunt, quae desinunt in

*ὶς*, ut Νηρεῒς a Νηρεὺς; Νεστορὶς a Νέστωρ.

*ιὰς*, ut Λατωιὰς a Λατῶ; et, ejectâ literâ ι, Βορεὰς a Βορέας.

*ίνη*, ut Ἀδραστίνη ab Ἄδραστος; Νηρεΐνη, contr. Νηρείνη a Νηρεὺς.

*ώνη*, ut Ἀκρισιώνη ab Ἀκρίσιος; Ἠλεκτρυώνη ab Ἠλεκτρύων.

(*c.*) Animalium Patronymica, sive Nomina pullorum, desinunt in

*ιδεὺς*, ut κυνιδεὺς *catellus* a κύων *canis*; λυκιδεὺς *lupi catulus* a λύκος *lupus*; λαγιδεὺς *leporis pullus* a λαγὼς *lepus*.

§ 101. Deminutiva, vel *deminutionem* significant, vel *amoris quandam fatuitatem*, vel denique *vilitatem* ac *despectum rei*.

(*a.*) Masculina sunt, quae desinunt in

*ισκος*, ut χιτωνίσκος *tunicula* a χιτὼν; ἀνθρωπίσκος *homunculus* ab ἄνθρωπος *homo*; et, elisâ literâ ι, νεανίσκος *juvenculus* a νεανίας *juvenis*.

(*b.*) Feminina sunt, quae desinunt in

*ὶς*, ut λιθὶς *lapillus* a λίθος *lapis*; κρηνῖς, ῖδος *fonticulus* a κρήνη *fons*.

*ισκη*, ut παιδίσκη *puellula* a παῖς *puella*, νεανίσκη *juvencula* a νεᾶνις *juvenca*.

(*c.*) Neutra sunt, quae desinunt in

*ιον*, ut παιδίον *pullus* a παῖς *puer*; ἀνθρώπιον *homuncio* ab ἄνθρωπος; et, τ mutatâ in δ, ut κρεάδιον *caruncula* a κρέας *caro*.

*ίδιον*, ut γνωμῖδιον *sententiola* a γνώμη *sententia*; ἀργυρίδιον *pecuniola* ab ἄργυρος *pecunia*. et, literâ ι vel elisâ vel contractâ, γήδιον *agellus* a γῆ *terra, ager*; ἱματῖδιον *vesticula* ab ἱμάτιον *vestis*; ἰχθῦδιον *pisciculus* ab ἰχθὺς *piscis*.

*άριον*, ut παιδάριον *puerculus* a παῖς *puer*; ἀνθρωπάριον *homunculus* ab ἄνθρωπος *homo*; ἱππάριον *vilis equus* ab ἵππος *equus*.

*ύλλιον*, ut μειρακύλλιον *juvenculus* a μεῖραξ *juvenis*. εἰδύλλιον *formula* ab εἶδος *forma*.

ύφιον, ut ζωΰφιον *animalculum* a ζῶον *animal.*
αιον, ut γύναιον *muliercula* a γυνὴ *mulier.*

Obs. Reperiuntur et quae desinunt in
υλος, ut ἐρώτυλος ab ἔρως *amor*; unde Latina terminatio *-ulus*
ίχνη, ut πολίχνη *urbecula* a πόλις *urbs,*
ίχνιον, iteratâ deminutionis formâ,
ut πολίχνιον *parva urbecula* a πολίχνη.
ίσκιον, item iteratâ deminutionis formâ,
ut κοτυλίσκιον *parvula cotula* a κοτυλίσκη *parva cotula.*
άσιον, ut κοράσιον *puellula* a κόρη *puella.*

§ 102. Amplificativa significant vel *augmentum* vel *contemtum rei.*

(*a.*) Masculina sunt quae desinunt in
ων, ut χείλων *labeo* a χεῖλος *labium.* Vide Adjectiva.

(*b.*) Feminina sunt quae desinunt in
ὰς, ut αἱμὰς *profluvium sanguinis* ab αἷμα *sanguis*;
λιθὰς *lapidum imber* a λίθος *lapis*;
φυλλὰς *congeries foliorum* a φύλλον *folium.*

§ 103. Localia significant *locum,* sive habitationem nominis, a quo derivantur.

(*a.*) Masculina sunt quae desinunt in
ὼν, ut ἀνδρὼν *conclave virorum* ab ἀνὴρ *vir*;
ῥοδὼν *rosetum* a ῥόδον *rosa*;
κοπρὼν *fimetum* a κόπρος *fimus*:
εὼν, ut περιστερεὼν *columbarium* a περιστερὰ *columba.*

(*b.*) Feminina sunt quae desinunt in
ιά, ut ἰωνιά *violarium* ab ἴον *viola.*

Cujusmodi omnia, utpote a Plurali derivata, habent notionem quoque multitudinis, seu collectionis, unde *Collectiva* nuncupantur.

(*c.*) Neutra sunt quae desinunt in
αῖον, ut Ἡραῖον *Junonis templum* ab Ἥρα *Juno.*
εῖον, ut Ἑκατεῖον et -αῖον *Hecatae templum* ab Ἑκάτη *Hecata.*
διδασκαλεῖον *schola* a διδάσκαλος *magister.*

*ιον,* ut ὀπτάνιον et -εῖον *culina* ab ὀπτανεὺς *coquus.*
Διονύσιον *Bacchi templum* a Διόνυσος *Bacchus.*
δεσμωτήριον *carcer* a δεσμώτης *vinctus.*

### Substantiva derivata a Verbis.

Nomina, quae a Verbis descendunt, vocantur Verbalia.

§ 104. Verbalia Substantiva ferè denotant vel *agentem*, vel *actionem*, vel *actum*, sive *effectum rei.*

(*a.*) Verbalia, quae denotant *agentem*, desinunt

Masculina in
- *της,* ut κριτὴς *judex* a κρίνω *judico;*
  οἰκέτης *domesticus* ab οἰκέω *habito;*
  ποιητὴς *factor* a ποιέω *facio.*
- *τηρ,* ut σωτὴρ *servator* a σώω *servo.*
- *τωρ,* ut ῥήτωρ *rhetor* a *ῥέω *dico.*
- *τρος,* ut ἰατρὸς *medicus* ab ἰάομαι *medeor.*
- *ευς,* ut γραφεὺς *scriba* a γράφω *scribo.*

Fem. in
- *τρις,* ut αὐλητρὶς } *tibicina* { ab αὐλέω
- *τρια,* ut αὐλήτρια } *tibicina* { *tibiâ cano*
- *τειρα,* ut σώτειρα *servatrix* a σώω *servo.*

Hujusmodi Verbalia in *της, τηρ, τωρ,* orta esse videntur a *tertiâ* personâ Praeteriti Passivi Verborum, abjectâ reduplicatione; ut κριτὴς *judex* a κέκριται tertiâ personâ Perfecti Pass. Verbi κρίνω *judico.*

Obs. 1. Sunt etiam verbalia, agentem denotantia et plerumque Composita, quae desinunt in *ας, ης,* et *ος;* sic
in *ας,* ut ὀρνιθοθήρας *auceps* ab ὄρνις *avis* et θηράω *venor.*
in *ης,* ut τριηράρχης *Trierarcha* a τριήρης *triremis* et ἄρχω *guberno.*
in *ος,* ut κυναγὸς *venator* a κύων *canis* et ἄγω *duco.*

Obs. 2. A verbalibus desinentibus in *τηρ* descendunt alia in *τρον*, quae agentis partim mercedem, partim instrumentum significant; sic
μήνυτρον *pretium indici datum* a μηνυτὴρ *index;*
λύτρον *pretium a redemptore solutum* a λυτὴρ *redemptor;*
λουτρὸν *lavacrum* a λουτὴρ *lavator.*

(*b.*) Verbalia, quae denotant *actionem*, desinunt in
*σις,* ut ποίησις *factio* a ποιέω *facio.*

σια, ut *θυσία sacrificium* a *θύω sacrifico*; quae terminatio non solum actionem, sed saepiùs etiam actum significat. Adde desinentia in

εια, ut *δουλείᾱ servitus* a *δουλεύω*.

Hujusmodi Verbalia in *σις, σια,* orta esse videntur a *secundâ* personâ Perfecti Passivi Verborum, abjectâ reduplicatione. Perfecti autem penultima longa interdùm in Verbali corripitur; ut *θέσις positio* a *τέθεισαι*, secundâ personâ Perfecti Pass. Verbi **θέω, τίθημι pono.*

(*c.*) Verbalia, quae denotant *actum*, sive *effectum*, desinunt in

μα, ut *ποίημα factum* a *ποιέω facio.*

μη, ut *γραμμὴ linea* a *γράφω scribo.*

μὸς, ut *ὀδυρμὸς lamentum* ab *ὀδύρομαι lamentor*; quae terminatio non solum actum, sed interdùm etiam actionem vel instrumentum significat.

Hujusmodi Verbalia orta esse videntur a *primâ* personâ Perfecti Passivi Verborum, abjectâ reduplicatione; penultima autem Perfecti brevis plerumque in Verbali producitur, inserendo *σ*; ut *δέδεμαι*, a *δέω vincio*, facit *δέσμα, -μὸς,* et *-μη cinctura.* Contrà interdùm longa penultima Perfecti in Verbali corripitur; ut Perfectum *τέθειμαι* a **θέω, τίθημι pono*, facit Verbale *θέμα thema.*

### Substantiva derivata ab Adjectivis.

§ 105. Substantiva derivata ab Adjectivis denotant *qualitatem*, quae dicitur, *abstractam,* et ferè desinunt in

ία, ut *σοφία sapientia* a *σοφὸς sapiens.*

εια, ut *ἀλήθειᾰ veritas* ab *ἀληθὴς verus.*

της, ut *παχύτης densitas* a *παχὺς densus.*

οσύνη, ut *δικαιοσύνη justitia* a *δίκαιος justus.*

ωσύνη, ut *ἱερωσύνη sacerdotium.*

Obs. Desinentia in *οσύνη*, item in *έη*, quae pellem significant, ut *λεοντέη* contract. *λεοντῆ leonis pellis*, reverà Feminina Adjectivorum sunt. Vide § 106 et § 109.

## NOMINA ADJECTIVA.

Adjectiva vel a Substantivis, vel a Verbis, vel denique ab aliis Adjectivis derivantur.

### Adjectiva derivata a Substantivis.

Derivata a Substantivis sunt Possessiva et Gentilia.

§ 106. Possessiva, hoc est, *possessionem* aut *proprietatem* significantia, ferè desinunt in

εος, ut ἀργύρεος *argenteus* ab ἄργυρος *argentum*.
ιος, ut οὐράνιος *coelestis* ab οὐρανὸς *coelum*.
ειος, ut ἀνθρώπειος } *humanus* ab ἄνθρωπος *homo*.
ινος, ut ἀνθρώπινος }
ικος, ut ἀνθρωπικὸς *homini conveniens* ab eodem.
είδης, ut ἀνθρωπείδης } *homini similis* ab eodem.
ώδης, ut ἀνθρωπώδης }
ανὸς, ut πιθανὸς *persuasorius* a πειθὼ *suada*.
ων, ut μνήμων *memor* a μνήμη *memoria*.
ρος, ut λυπρὸς *dolorosus* a λύπη *dolor*.
ιμος, ut πόσιμος *potabilis* a πόσις *potus*.
ίλος, ut ὀργίλος *iracundus* ab ὀργὴ *ira*.
αλέος, ut θαρσαλέος *audax* a θάρσος *audacia*.
ήσιος, ut ἐτήσιος *annuus* ab ἔτος *annus*.
ήεις, ut πετρήεις *saxosus* a πέτρα *saxum*.
όεις, ut ἀνεμόεις *ventosus* ab ἄνεμος *ventus*.

Desinentia in ήεις et όεις, et quaedam in ώδης, significant abundantiam; ut θηριώδης *belluosus*.

§ 107. Gentilia, hoc est, *gentem*, aut *patriam* significantia, ferè desinunt in

ς, ut Ἀρκὰς *Arcas* ab Ἀρκαδία.
ὸς, ut Ἰταλὸς *Italus* ab Ἰταλία.
ιος, ut Κορίνθιος *Corinthius* a Κόρινθος.
σιος, ut Ἰθακήσιος *Ithacensis* ab Ἰθάκη *Ithaca*.
άσιος, ut Φλιάσιος *Phliuntius* a Φλιοῦς *Phlius*.
αῖος, ut Ῥωμαῖος *Romanus* a Ῥώμη.

κὸς, ut Ἀχαϊκὸς *Achaïcus* ab Ἀχαΐα.
ανὸς, ut Σαρδιανὸς *Sardianus* a Σάρδεις.
ηνὸς, ut Ἀβυδηνὸς *Abydenus* ab Ἄβυδος.
ῖνος, ut Ταραντῖνος *Tarentinus* a Τάρας.
άτης, ut Τεγεάτης *Tegeëus* a Τεγέα.
ήτης, ut Αἰγινήτης *Aegineta* ab Αἰγίνη.
ίτης, ut Συβαρίτης *Sybarita* a Σύβαρις.
ώτης, ut Σικελιώτης *Siciliota* a Σικελία.

Hujusmodi desinentia in της, ferè habent Femininum in τις, ut Συβαρῖτις; sic etiam desinentia in

| | | |
|---|---|---|
| ς, ut Λίβυς *Libys.* | habent femininum in | σσα, ut Λίβυσσα. |
| Κρὴς *Cres.* | | —, ut Κρῆσσα. |
| Κίλιξ (κς) *Cilix.* | | —, ut Κίλισσα. |
| Αἰθίοψ (πς) *Aethiops.* | | ὶς, ut Αἰθιοπὶς. |
| Τρὼς *Tros.* | | ὰς, ut Τρωὰς. |
| ης, ut Σκύθης *Scytha.* | | ὶς, ut Σκυθὶς. |
| Μάγνης *Magnes.* | | ῆτις, ut Μαγνῆτις. |
| εὺς, ut Μεγαρεὺς *Megarensis.* | | ὶς, ut Μεγαρὶς. |
| ην, ut Ἕλλην *Graecus.* | | ηνὶς, ut Ἑλληνὶς. |
| ων, ut Λάκων *Lacon.* | | αινα, ut Λάκαινα. |
| | | ωνὶς, ut Λακωνὶς. |

Κὰρ *Car* habet Femininum Κάειρα.

Nonnulla, ut Κὰρ a Καρία, Ἄκαρναν ab Ἀκαρνανία, carent terminationis formulâ.

Obs. Unum in ος, Αἰτωλὸς *Aetolus*, habet Femininum in ὶς, ut Αἰτωλὶς tanquam ab Αἰτωλεὺς.

### Adjectiva derivata a Verbis.

§ 108. Verbalia Adjectiva, seu Participialia, ferè desinunt in

ὴς, ut ἐκλιπὴς *deficiens* ab ἐκλείπω *deficio.*

| | |
|---|---|
| ὸς, ut φιλητὸς *amatus* / *amabilis* | a φιλέω *amo.* |
| έος, ut φιλητέος *amandus* | |
| έον, ut φιλητέον *amandum* | |

Obs. Quaedam Verbalia in ὸς interdùm vim habent Activam, ut ὑπο-

πτὸς *suspiciens* ab ὑπόπτομαι; καλυπτὸς *tegens* a καλύπτω; interdùm etiam ponuntur tanquam desinentia in έος, ut ἄελπτος *non exspectandus*, ἀπώμοτος *abjurandus*.

Hujusmodi Verbalia in ὸς, έος, et έον, formantur a tertiâ personâ Perfecti Passivi, mutando ται in suam terminationem, et abjiciendo reduplicationem, ut πεφίληται, φιλητὸς, -έος, -έον, a φιλέω.

Obs. 1. Quaedam Verbalia insertam habent literam σ, quae in penultimâ Perfecti Passivi non reperitur; sic κέχρηται a χράομαι, χρηστὸς; πέπαυται a παύω, παυστέος; κέκλαυται a κλαίω, κλαυτὸς et κλαυστὸς.

Et, versâ vice, quibusdam in Verbalibus σ deest, quae exstat in penultimâ Perfecti Passivi; sic ἔγνωσμαι a *γνόω, γνωτὸς et recentius γνωστός.

Obs. 2. Verbalia nonnulla corripiunt longam penultimam Perfecti Passivi, mutando η in ε, praesertim si in Aoristo Primo Passivo idem factum sit; sic εὕρηται ab εὑρίσκω, Aor. 1. P. εὑρέθην. Verbale εὑρετὸς et -έος.

A Substantivis Verbalibus in μα vel μος descendunt Adjectiva in

ιος, ut δέσμιος *vinctus* a δέσμος *vinculum*.

### Adjectiva derivata ab aliis Adjectivis.

§ 109. Adjectiva, quae ab aliis Adjectivis oriuntur, ferè desinunt in

ειος, ut μεγαλεῖος *magnificus* a μέγας *magnus*.
ηλὸς, ut αἰσχυντηλὸς *pudebundus* ab αἰσχυντὸς *pudens*.
όσυνος, ut δουλόσυνος *servilis* a δοῦλος *servus*.

## VERBUM.

### Verba Derivata a Nominibus.

§ 110. Verba, quae a Nominibus derivantur, ferè desinunt in άω, έω, όω, εύω, ίζω, αίνω. Quae desinunt in

άω, significant *esse* vel *agere* quod nomen exprimit, ut ὠχριάω *palleo* ab ὠχρίας *pallidus*; ὁρμάω *excito* ab ὁρμὴ *impetus*.

έω, significant *esse* vel *habere* quod nomen exprimit, ut εὐσεβέω *pius sum* ab εὐσεβὴς *pius*; οἰκέω *domum habeo* ab οἶκος *domus*.

*όω,* significant *facere* quod nomen exprimit, ut *κοινόω communico* (sive *communem facio*) a *κοινὸς communis.*

*ευω,* significant *partes gerere* quas nomen exprimit, ut *βασιλεύω regis partes gero* (sive *rex sum*) a *βασιλεὺς rex.*

*ίζω,* significant

(*a.*) *efficere* id quod nomen exprimit, ut *καθαρίζω purum reddo* a *καθαρὸς purus.*

(*b.*) *imitari* vel *partes sequi* quas nomen exprimit, ut *ἑλληνίζω Graecos imitor* ab *Ἕλλην Graecus.*

*αίνω,* significant *esse* vel *efficere* quod nomen exprimit, ut *χαλεπαίνω iratus sum* a *χαλεπὸς morosus*, *λευκαίνω album reddo* a *λευκὸς albus.*

## Verba derivata ab aliis Verbis.

§ 111. Verba, quae ab aliis Verbis derivantur, sunt Frequentativa, Inceptiva et Desiderativa.

(*a.*) Frequentativa desinunt in

*άζω,* ut *ῥιπτάζω jacto* a *ῥίπτω jacio.*

*ίζω,* ut *αἰτίζω mendico* ab *αἰτέω rogo.*

*ύζω,* ut *ἑρπύζω repto* ab *ἕρπω repo.*

(*b.*) Inceptiva desinunt in

*σκω,* ut *ἡβάσκω juvenesco* ab *ἡβάω juvenis sum.*

(*c.*) Desiderativa desinunt in

*είω,* ut *δρασείω facturio* a *δράω facio*, Fut. *δράσω.*

*ιάω,* ut *στρατηγιάω exercitûs praefecturam affecto* a *στρατηγέω exercitum duco.*

Prætereà a Perfectis Verborum interdùm derivantur alia Verba, ejusdem ferè significationis; ut *θνήσκω*, Perf. *τέθνηκα*, unde *τεθνήκω morior*; imprimis apud *Epicos* et *Doricos* Poëtas; ut *κλάζω* Perf. M. *κέκληγα*, unde *κεκλήγω clamo.*

| | |
|---|---|
φοιτάω *ventito.*
φυσάω *inflo.*
χαλάω *laxo.*
ψάω *abstergo.*

## έω.

ἀγνοέω *ignoro.*
ἀδικέω *injuriâ afficio.*
ἀλγέω *doleo.*
ἀμφισβητέω *ambigo.*
ἀριθμέω *numero.*
ἀρκέω *arceo.*
ἀσκέω *exerceo.*
αὐλέω *tibiâ cano.*
βουκολέω *pasco.*
δηλέω *laedo.*
διακονέω *ministro.*
ἐγχειρέω *tracto.*
ἐλεέω *miseror.*
ἐνοχλέω *turbo.*
ἐπιθυμέω *cupio.*
εὐεργετέω *benefacio.*
εὐσεβέω *colo.*
εὐωχέω *convivio accipio.*
ζέω *ferveo.*
ζητέω *quaero.*
ἡγέομαι *duco.*
θαρρέω *confido.*
θρηνέω *lamentor.*
ἱστορέω *inquiro.*
κεντέω *stimulo.*
κινέω *moveo.*
κοινωνέω *communico.*
κορέω *satio.*
κοσμέω *orno.*
κρατέω *fortiter impero.*
κτυπέω A. 2. *strepito.*
λιπαρέω *persevero.*
λυπέω *dolore afficio.*
μαρτυρέω *testor.*
μετρέω *metior.*
μισέω *odi.*
νοέω *intelligo.*
ξέω *polio.*
οἰκέω *habito.*
πωλέω *vendo.*
τελέω *finio.*
τηρέω *observo.*
φθονέω *invideo.*
χωρέω *vado.*

## όω.

αἱματόω *cruento.*
ἀκριβόω *exquiro.*

ἀξιόω *dignor.*
ἀρόω *aro.*
βιόω A. 1. et 2. *vivo.*
δεξιόομαι *dextram jungo.*
δηλόω *declaro.*
δουλόω *servum facio.*
ἐναντιόομαι *adversor.*
ἐρημόω *vasto.*
ζηλόω *aemulor.*
ζημιόω *punio.*
ἡμερόω *mansuefacio.*
θυμόω *incito.*
ἱδρόω *sudo.*
κακόω *infesto.*
κληρόω *sorte lego.*
κοινόω *communico.*
ὀρθόω *erigo.*
πληρόω *impleo.*
πτερόω *alatum facio.*
ῥιζόω *radicor.*
σημειόω *signo.*
στεφανόω *corono.*
τρυχόω *attero.*
χειρόω *domo.*

## VERBA IN MI.

### μι, μαι.

ἄγαμαι *admiror.*
δίζημαι *quaero.*
δύναμαι *possum.*
επίσταμαι *scio.*
ἵπταμαι A. 2. A. et M. *volo.*
ἴσημι *scio.*
ἵστημι *statuo.*
κίχρημι *utendum do.*
μάρναμαι *pugno.*
πετάννυμι *pando.*
πίμπλημι A. 1. et 2. M. *impleo.*
πίμπρημι *incendo.*
πρίαμαι *emo.*
*τλῆμι, *τλάω A. 2.; P. M. Sync. *perfero.*
τίθημι A. 1. et 2. A. et M. *pono.*
δίδωμι A. 1. et 2. A.; A. 2. M. *do.*
ὄνομαι *vitupero.*
ἄγνυμι A. 2. P.; P. M. *frango.*
δείκνυμι *ostendo.*
εἴργνυμι *cohibeo.*
ζεύγνυμι A. 1. et 2. P. *jungo.*
ζώννυμι *cingo.*
καίνυμαι *vinco.*
κεράννυμι *misceo.*
κορέννυμι *saturo.*
κρεμάννυμι *suspendo.*
μίγνυμι A. 1. et 2. P. *misceo.*
ὄλλυμι A. 2. M.; P. M. *perdo.*
ὄμνυμι *juro.*
ὄρνυμι A. 2. M. *excito.*
πήγνυμι A. 1. et 2. P. et M.; P. M. *compingo.*
ῥήγνυμι A. 2. P.; P. M. *rumpo.*
ῥώννυμι *corroboro.*
σβέννυμι *exstinguo.*
σκεδάννυμι *dispergo.*
στορέννυμι *sterno.*
χρώννυμι *coloro.*
χώννυμι *aggerem duco.*

# SYNTAXIS VOCUM.

## *DE ARTICULO.*

§ 115. Articulus ferè additur Nominibus demonstrationis, distinctionis, eminentiæ gratiâ, interdùm etiam irrisionis; ut

ὁ ἄνθρωπος, *homo, is* sc. *quem scis*, vel *de quo dicitur.*
οἱ ἄνθρωποι, *homines*, sc. *genus humanum, non belluæ.*
τὸ ἀγαθόν, *summum bonum.* οἱ πολλοί, *plerique.*
ἣ τοῦ καλοῦ σοῦ προὔθανεν νεανίου,
*quæ pro te pulcro scilicet adolescentulo mortua est.*
Eur. Alcest. 714.

Obs. 1. Articulus etiam Propriis Nominibus, iisque quæ *materiam*, aut *notionem*, quæ dicitur, *abstractam* significant, præponi solet; ut

ὁ Σωκράτης, αἱ Ἀθῆναι; ὁ χρυσός, ἡ ἀρετή, ἡ φιλία.

Quod si Nomini Proprio aliud nomen *apponitur*, omittitur Articulus; ut

Σωκράτης ὁ φιλόσοφος, *Socrates* ille *Philosophus.*

Obs. 2. Articulus sæpe vice fungitur Pronominis Possessivi; ut

ἄδικον τὸ λυπεῖν τοὺς φίλους ἑκουσίως,
*amicos tuos sponte lædere injustum est.* Gnom. Monost. 510.

Obs. 3. Articulus interdùm distributioni inservit; ut

ὁ Κῦρος ὑπισχνεῖται ἡμιόλιον πᾶσι δώσειν οὗ πρότερον ἔφερον, ἀντὶ δαρεικοῦ τρία ἡμιδαρεικὰ τοῦ μηνὸς τῷ στρατιώτῃ, *Cyrus se stipendii, quod prius ferebant, sesquiplum omnibus daturum pollicetur, nimirum pro darico tres dimidiatos daricos singulis in mensem militibus.* Xen. Anab. i. iii. 21.

§ 116. Articulus præpositus distinguit *Subjectum* a *Prædicato*; ut

νὺξ ἡ ἡμέρα ἐγένετο, *dies factus est nox.* Herod. i. 102.

Obs. 1. Interdùm tamen omittitur Articulus ante *Subjectum*; ut

οὐκ ἄρα σωφροσύνη ἂν εἴη αἰδώς, *ergo temperantia pudor non erit.* Plat. Charm. 161 A.

Obs. 2. Substantivo si præponitur Articulus, non autem Adjectivo, Adjectivum pro Prædicato accipiendum; ut

οὐ γὰρ βάναυσον τὴν τέχνην ἐκτησάμην,
*non enim illiberalis hæc ars est, quam exerceo.* Soph. Aj. 1094.

§ 117. Articulus in neutro genere positus cuilibet

dictioni præfigi potest, ut ipsam dictionem significari ostendat; ut

*τὸ ἄνθρωπος, i. e.* hæc dictio *ἄνθρωπος.*

Obs. Idem etiam interdùm cum orationis membro construitur, imprimis apud recentiores; ut

*ἐζήτουν τὸ πῶς ἀνέλωσιν αὐτὸν, quærebant quomodo eum interficerent.* S. Luc. xxii. 2.

§ 118. Articulus, ut in priscâ linguâ pronomen erat potius quàm Articulus, (§ 13. *Obs.* 1), ita in linguâ recentiori Pronominis vim habebat cum Demonstrativi, tum etiam Relativi.

(*a.*) Demonstrativi passim, præsertim in oratione distributá, et sequentibus particulis *μὲν, δὲ, γὰρ*; ut

*ὁ μὲν νεὼς σῆς ναυβάτης, ὁ δ' ἀλλόθρους,*

hic *quidem navis tuæ socius,* ille *autem exterus.* Soph. Phil. 536.

*ἀνὴρ γυνή τε χὤτι τῶν μεταίχμιον,*

*vir mulierque et quicquid* illorum *medium est.* Æsch. Sept. 179.

(*b.*) Relativi sæpissime in Ionico et Dorico sermone, nonnunquam etiam in Attico apud Tragicos Poëtas; ut

*τὰ μὲν 'Οτάνης εἶπε . . λελέχθω κἀμοὶ ταῦτα,* quæ *Otanes dixit, ea mihi quoque dicta sunto.* Herod. iii. 81.

*σόφισμα, τῷ νιν αὐτίχ' αἱρήσειν δοκῶ,*

*dolus,* quo *me illum mox capturum arbitror.* Soph. Phil. 14.

§ 119. Articulus sæpe asciscit Genitivum, subaudito suo nomine, præsertim ubi affinitas vel possessio indicatur; ut

*εἰ Ζεὺς ἔτι Ζεὺς, χὠ Διὸς Φοῖβος σαφὴς* (sub. *παῖς*),

*si Jupiter adhuc est Jupiter, et Jovis* filius *Apollo verax.* Soph. Œd. Col. 623.

*συλῶντα τἀμὰ καὶ τὰ τῶν Θεῶν* (sub. *χρήματα*),

*spoliantem meas et Deorum* possessiones. Soph. Œd. Col. 926.

Obs. Huc refer usum Neutrius Articuli qui frequens est ejusmodi, ut interdùm circumlocutioni, interdùm amplificationi, interdùm etiam breviloquentiæ inserviat; ut

ἐγὼ φράσαιμ' ἄν, εἰ τὸ τῶνδ' εὔνουν πάρα,
*ego dicam, si hæ* (mulieres) *benevolentes adsunt.* Soph. Electr. 1203.

φέρ', ὦ τέκνον, νῦν καὶ τὸ τῆς νήσου μάθῃς,
*age nunc, o nate, et insulæ hujus* naturam *disce.* Phil. 300.

εἴ σοι τὰ μητρὸς καὶ πατρὸς χρείη λέγειν,
*si fas sit tibi dicere* quæ ad *matrem et patrem* attinent. Œd. Col. 269.

## *DE CONCORDANTIIS.*

Concordantiarum Trium eadem ferè ratio est quæ apud Latinos. (Lat. Gram. § 124—127. § 134. § 137.)

## SYNTAXIS NOMINUM.

§ 120. Res Dualis semper exponi potest per Pluralem numerum; itaque Poëtæ cum Duali Substantivo nonnunquam construunt Adjectivum Plurale; ut

φίλας περὶ χεῖρε βαλόντε,
*caris circa manibus amplexi.* Hom. Od. xi. 210.

Nonnunquam Plurale Substantivum ponunt, Adjectivum verò, et imprimis Participium, Duale; ut

βασιλῆες...πεπνυμένω ἄμφω,
*reges...prudentes ambo.* Hom. Od. xviii. 64.

§ 121. Nomina, imprimis gentilia quæ frequentiùs Substantiva sunt, interdùm tanquam Adjectiva ponuntur (*Conf.* § 32. *Obs.* 1. Lat. Gram. § 136); ut

τὸν ἡ μήτηρ γλῶσσαν Ἑλλάδα ἐδίδαξεν, *hunc mater linguam Græcam docuit.* Herod. iv. c. 78.

πρὸς τοῦ τύραννα σκῆπτρα συληθήσεται;
*a quo spoliabitur sceptro regio?* Æsch. Prom. 767.

§ 122. Nomen quod dicitur antecedens, interdùm, posito suo casu, asciscit casum Relativi, idque vel sequente Relativo vel præeunte; ut

Ἑλένην μὲν, ἣν σὺ διολέσαι πρόθυμος ὢν
ἥμαρτες,...ἥδ' ἐστίν.

*Helenam quidem, quam tu cupiens perdere*
*frustratus es, hæc est.* Eur. Orest. 1646.

μετὰ δ' ἔσσεται ἣν τότ' ἀπηύρων,
Κούρην Βρισῆος,
*interque illas erit, quam tunc auferebam,*
*Briseïs.* Hom. Il. ix. 131. *Conf.* § 149.

§ 123. Adjectiva et Participia sæpe concordant genere aut numero, non cum Substantivo ipso, sed cum eo quod significat Substantivum (h.e. κατὰ σύνεσιν ; *vide* Lat. Gram. § 136.) ; ut

ὦ φίλτατ', ὦ περισσὰ τιμηθεὶς τέκνον,
*O carissime, o fili summoperè dilecte.* Eurip. Troad. 741.

Τροίαν ἑλόντες δήποτ' Ἀργείων στόλος,
*cùm Trojam ceperant tandem classis Argicorum.* Æsch. Ag. 588.

§ 124. Adjectiva et Participia neutralia, præfixo Articulo, sæpissimè partes agunt Substantivorum, imprimis ubi *qualitas rei* significatur ; ut

τοῦτο δέ γ' ἐστὶν τὸ καλὸν σφαλερόν·
τό τε φιλότιμον
γλυκὺ μὲν, λυπεῖ δὲ προσιστάμενον,
*immò verò hoc decus est lubricum, et ambitio*
*dulcis quidem est, cùm adest verò, angit.* Eur. Iph. Aul. 22.

οὐδ' ἐπὶ τὸ κείνου βουλόμενον ἐλήλυθα,
*neque in illius voluntatem concessi.* Ibid. 1270.

§ 125. Adjectiva neutralia non raro loco Adverbiorum ponuntur, ut apud Latinos (*Conf.* § 97. Lat. Gr. § 166); ut

αὔτει δ' ὀξὺ, *clama verò argutè.* Æsch. Pers. 1015.

καὶ πολλὰ θάλαμον ἐξιοῦσ' ἐπεστράφη,
*et sæpe thalamum, egressura, rediit.* Eur. Alc. 188.

Obs. Etiam cæteri casus et genera Adjectivorum, et Pronominum, usurpantur tanquam Adverbia, per ellipsin Substantivorum ; ut

καὶ τῶνδε κοινῇ Λοξίας ἐπαίτιος, (sub. γνώμῃ),
*et horum pariter Apollo auctor fuit.* Æsch. Eum. 443.

*φιλεῖ γὰρ τοῦτο μὴ ταύτῃ ῥέπειν,* (sub. ὁδῷ),
*solet enim hoc non ita evenire.* Soph. Antig. 722.

§ 126. Cùm res de quopiam *manifesta*, *certa*, vel *æquitatis* esse dicitur, adjectiva δῆλος, φανερὸς, δίκαιος et similia elegantèr cum personâ construuntur; ut

*ἀριστοκρατεῖσθαι δῆλος εἶ ζητῶν,*
*manifestum est aristocratiam te quærere.* Arist. Av. 125.
*δίκαιός εἰμι τῶνδ' ἀπηλλάχθαι κακῶν,*
*æquum est ab his me esse liberatum malis.* Soph. Antig. 400. (Lat. Gramm. p. 127.)

## DE CASIBUS NOMINUM.

### *NOMINATIVI SYNTAXIS.*

§ 127. Nominativus sæpe ponitur pro Vocativo, (*Conf.* § 18. *Obs.* 1., § 23. *Obs.* 1. Lat. Gram. § 139); ut

ὦ δύσμορ' Αἴας, *O! infelix Ajax.* Soph. Aj. 923.
ὦ κάκιστ' ἀπολούμενος, *O! pessimè periture!* Arist. Av. 1467.

§ 128. Nominativus interdùm absolutè ponitur; ut

*λόγοι δ' ἐν ἀλλήλοισιν ἐρρόθουν κακοὶ,*
*φύλαξ ἐλέγχων φύλακα,*
*acerba verò dicta utrobique inter eos fremebant,*
*custode custodem arguente.* Soph. Antig. 259.

§ 129. Nominativum utrinque habent Verba Substantiva, ut apud Latinos (Lat. Gram. § 134); ut

*θνητῶν οὐδεὶς ἐστὶν εὐδαίμων φύσει,*
*nemo mortalium est naturâ beatus.* Eur. Med. 1225.

### *GENITIVI SYNTAXIS.*

§ 130. Genitivus denotat quidvis proprium sive agentis, sive patientis vel recipientis: (Lat. Gram. § 141.)

(*a.*) agentis; hic est Genitivus qui dicitur *subjectivus;* ut

*τὰ τοῦ Ὁμήρου ποιήματα,*
*poëmata quorum Homerus auctor est.*

ἀλλ' ἐστὶ τοῦ λέγοντος, ἢν φόβους λέγῃ,
*sed cuilibet nuntio se dat, si modo terrores nuntiet.* Soph. Œd. Tyr. 917.

πολλῆς ἀνοίας καὶ τὸ θηρᾶσθαι κενὰ,
*magnæ stultitiæ* (est) *etiam venari inania.* Soph. Electr. 1054.

οὐκ ἀγγελοῦμεν φλαῦρ', ἐπεὶ στρατηλάτου
χρηστοῦ τὰ κρείσσω μηδὲ τἀνδεᾶ λέγειν,
*adversa non nuntiabimus, boni enim ducis est* officium *læta, nec vero quæ secus sunt, dicere.* Soph. Œd. Col. 1429.

Obs. Hinc verba γίγνεσθαι, φῦναι, εἶναι, et similia *ortum* significantia, genitivum *gignentis*, imprimis apud Poëtas, asciscunt, omissá præpositione ἐκ vel ἀπὸ, quam pedestris orationis scriptores usurpare plerumque solent; ut

τοῦ δ' ἔφυν ἐγὼ, *ex hoc verò ego nata sum.* Eurip. Iph. Taur. 4.

πατρὸς λέγεται ὁ Κῦρος γενέσθαι Καμβύσου,
*Cyrus natus fuisse dicitur ex patre Cambyse.* Xen. Cyr. i. ii. 1.

(*b.*) patientis; hic est Genitivus qui dicitur *Objectivus;* ut

νερτέρων δωρήματα,
*donaria Inferorum propria.* Eurip. Orest. 123.

Παλλάδος θεᾶς...εὐγμάτων προσήγορος,
*ad Palladem Deam preces faciens.* Soph. Ant. 1184.

ἡ τῶν Πλαταιέων ἐπιστρατεία,
*expeditio adversus Platæenses.* Thucyd. ii. 79.

Obs. Huc refer quæ defensionem significant; ut πύργος θανάτων *præsidium adversus funera.* Soph. Œd. Tyr. 1200.

§ 131. In Genitivo ponuntur nomina quæ significant tempus, pretium, materiam, causam rei; item locum adversus quem itur.

(*a.*) Tempus; ut

νυκτὸς καὶ ἡμέρας, *nocte dieque.*

καὶ θέρεος καὶ χειμῶνος, *et æstate et hieme.* Herod. iv. 48.

Obs. 1. Haud rarò tamen Nomen Temporis in Dativo ponitur, vel cum, vel sine præpositione ἐν; ut

ἔν τε θέρεϊ καὶ χειμῶνι. Herod. ibid. 50. ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ. Plat. Phæd. 1.

Obs. 2. Interdùm etiam in Genitivo ponuntur quæ locum significant, imprimis apud Poëtas; ut

λαιᾶς δὲ χειρὸς . . οἰκοῦσι Χάλυβες,
*ad sinistram autem manum Chalybes habitant.* Æsch. Prom. 714.

οἵη νῦν οὐκ ἔστι γυνὴ κατ' Ἀχαιΐδα γαῖαν,
οὔτε Πύλου ἱερῆς, οὔτ' Ἄργεος, οὔτε Μυκήνης,
*qualis nunc non est mulier per Achaïcam terram*
*nec Pyli sacræ, neque Argis, nec Mycenis.* Hom. Od. xxi. 107.

(*b.*) Pretium; ut

*ὠνέονται τὰς γυναῖκας παρὰ τῶν γονέων μεγάλων χρημάτων, emunt uxores a parentibus ingenti pretio.* Herod. v. 6.

Obs. Similitèr Nomina quæ pœnam capitis, adeoque crimen ipsum significant, in Genitivo ponuntur; ut

Ξάνθιππος θανάτου ὑπαγαγὼν ὑπὸ τὸν δῆμον Μιλτιάδεα, ἐδίωκε,
*Xantippus Miltiadem capitis reum egit apud populum.* Herod. vi. 136.

διώξομαί σε δειλίας, *timiditatis reum te agam.* Arist. Eq. 367.

ἐάν τις ἁλῷ κλοπῆς, καὶ μὴ τιμηθῇ θανάτου, κ.τ.λ. *Si quis de peculatu convictus, capitis tamen damnatus non fuerit, &c.* Demosth. in Timoc. p. 732. c. 27. *Conf. infrà*, § 132. d.

(*c.*) Materiam; ut

*δάφνης ἢ πτελέης ἀκιώτατοι ἱστοβοῆες,*
*e lauro* (factæ) *vel ulmo firmissimæ stivæ sunt.* Hesiod. Op. et Dies, ii. 53.

(*d.*) Causam; ut

*δείλαιε τοῦ νοῦ τῆς τε συμφορᾶς ἴσον,*
*infelix ob istum animum et calamitatem pariter.* Soph. Œd. Tyr. 1347.

*εἴτ' ἄρ' ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, εἴθ' ἑκατόμβης,*
*sive is ob vota* non reddita nos *incusat, sive ob hecatomben.* Hom. Il. i. 65.

Obs. Ejusmodi Genitivus interdùm absolutè ponitur, præsertim antecedente exclamationis voce: est autem vel dolentis, vel indignantis, aliquando etiam admirantis et laudantis; ut

οἴμοι δάμαρτος καὶ τέκνων, οἴμοι δ' ἐμοῦ!
*proh meam uxorem et liberos! proh me!* Eur. Herc. Fur. 1374.

τῆς μωρίας! *O stultitiam!* Aristoph. Eccles. 782.

Ἄπολλον ἀποτρόπαιε, τοῦ χασμήματος!
*Apollo Averrunce, qui rictus!* Aristoph. Av. 61.

χρηστοῦ κοἰκτίρμονος ἀνδρός! *O virum probum et misericordem!* Theoc. xv. 75.

Cæterùm cum ejusmodi Genitivis nonnunquam construitur verbum infinitum; ut

ἀλλὰ σοῦ τὸ μὴ φράσαι, κ.τ.λ. *sed te admiror quod non dixisti.* Eur. Alcest. 848.

(*e.*) Locum adversus quem itur; ut

εὐθὺ Πελλήνης, *rectâ viâ in Pellenem.* Arist. Av. 1421.

§ 132. Genitivus construitur cum Verbis, Nominibus et Adverbiis, cum partitio, comparatio, præstantia, dignitas,—studium, sensus, facultas, aut his contraria, significantur.

(*a.*) Partitio; ut

ἕκαστον τῶν ζώων, *unumquodque animalium.*

ὡς τοὺς ἀγαθοὺς τῶν ἀνθρώπων βαδιεῖται,
*hominum ad bonos ibit.* Arist. Plut. 495.

Partitioni autem affinis est communio; itaque etiam quæ hanc significant cum Genitivo construuntur; ut

ἐγὼ δὲ καὐτὴ τῆσδε κοινωνῶ τύχης,
*ego vero ipsa quoque particeps sum hujus fortunæ.* Eur. Med. 303.

συμβάλλεται δὲ πολλὰ τοῦδε δείματος,
*multa enim ad hunc metum conferunt.* Ibid. 284.

Obs. 1. Huc pertinent imprimis composita cum μετὰ et σὺν, ut μέτειμι, μετέχω, μεταδίδωμι, συλλαμβάνω, συναίρομαι, κ.τ.λ.

Obs. 2. Etiam cum vis verbi transitivi non ad totum id quod nomen significat sed tantùm ad *partem* ejus attinet, nomen in Genitivo ponitur; ut

τῆς γῆς ἔτεμον, *agri partem vastarunt.* Thuc. i. 30.

βεβρωκὼς κρειῶν τε καὶ αἵματος, *pastus carnibus et cruore.* Theoc. xxv. 224.

(*b.*) Comparatio; ut

τῆς πολυπραγμοσύνης οὐδὲν κενεώτερον ἄλλο,
*nihil vanius curiositate.*

διπλήσιος ἐγίνετο αὐτὸς ἑωϋτοῦ, *duplo major fiebat quam consentaneum erat.* Herod. viii. 137.

Obs. Huc refer Comparativa omnia; inde quæ differentiam significant, viz.

| | | |
|---|---|---|
| διάφορος *diversus* | ἀλλότριος *alienus* | ἐναντίος *adversus* |
| ἄλλος *alius* | ἀλλόκοτος *diversus* | διαφερόντως *aliter* |
| ἀλλοῖος *diversus* | ἕτερος *alter* | ἔμπαλιν *e contrario.* |

Ex his tamen ἐναντίος frequentiùs cum Dativo legitur.

(*c.*) Præstantia; ut

δικαιότατοι ἀνθρώπων, *hominum justissimi.*

τῇ δόξῃ καὶ τῇ δυνάμει πολλῷ διήνεγκε τῶν ἄλλων, *gloriá et potentiá multum præstitit aliis.* Isocr. Panath. p. 272.

Obs. Huc refer Superlativa omnia, item verba quæ subigendi, imperandi dominandi et his contrariam notionem habent; videlicet,

| | | | | |
|---|---|---|---|---|
| ἀριστεύω | ὑπερέχω | ἄρχω | βασιλεύω | ἐλαττόομαι |
| κρατιστεύω | προέχω | ἐπιστατέω | τυραννεύω | μειόομαι |
| καλλιστεύω | ὑπερφέρω | κυριεύω | εἴκω | πείθομαι |
| πρωτεύω | προφέρω | δεσπόζω | ὑστερέω | ἀκούω |
| πρεσβεύω | ἀνέχομαι | στρατηγέω | δευτερεύω | ἀνηκουστέω |
| περίειμι | κρατέω | κοιρανέω | λείπομαι | ἐπιδεύομαι |
| περιγίγνομαι | κραίνω | ἐπιτροπεύω | νικάομαι | μειονεκτέω. |
| ὑπερβάλλω | ἡγέομαι | ἀνάσσω | ἡττάομαι | |

Multa tamen ex his cum Dativo construuntur, imprimis apud Poëtas; ut

Μυρμιδόνεσσιν ἄνασσε, *Myrmidonibus impera.* Hom. Il. i. 180.

Et nonnulla cum Accusativo; ut

*τί δ' ἂν κρατήσας δεσπότην πλέον λάβοις;*

*quid vero lucri facies victo domino?* Eur. Alc. 506.

(*d.*) Dignitas; ut

ἐπαίνου ἄξιος, *laude dignus.* Xen. Mem. ii. xiii. 14.

ἐμάχοντο ἀξίως λόγου, *pugnaverunt egregiè.* Herod. vi. 112.

Obs. Huic Genitivo interdùm additur Dativus personæ, quæ pretium dignitatis præstare debet; ut

ἡμῖν δ' Ἀχιλλεὺς ἄξιος τιμῆς, γύναι, *dignus autem Achilles, qui a nobis honorem accipiat, o mulier.* Eur. Hec. 313.

Hinc post verba accipiendi, is, a quo res accipitur, ponitur in Dativo; ut

δέξατό οἱ σκῆπτρον *accepit ab eo sceptrum.* Hom. Il. ii. 186.

(*e.*) Studium; etiam admiratio, desiderium, adeòque conatus vel principium; ut

Κριτίας καὶ Ἀλκιβιάδης οὐ τοῦ βίου τοῦ Σωκράτους ἐπιθυμήσαντε, ὠρεξάσθην τῆς ὁμιλίας αὐτοῦ, ἀλλὰ, κ. τ. λ. *Critias et Alcibiades non quia vivere more Socratis cupiebant, appetiverunt societatem ejus, sed, &c.* Xen. Mem. i. ii. 15.

πειρεώμενος τῶν μαντηΐων, *experimentum faciens oraculorum.* Herod. i. 46.

πημάτων ἄρχει λόγος, hic *sermo malorum est initium.* Eur. Alc. 814.

Obs. Huc refer, cum multa alia, tum imprimis verba mediæ vocis quæ in activâ voce ferè capiunt Accusativum, viz.

| | | | |
|---|---|---|---|
| φροντίζω | ἐπιβάλλομαι | μετατρέπομαι | ἀντιποιέομαι |
| κήδομαι | ἅπτομαι | θαυμάζω | γεύομαι |
| ἐπιμελέομαι | ψαύω | ἐφίεμαι | μεθίεμαι |
| δέομαι | θιγγάνω | ἔραμαι | ἀκηδέω |
| ἐπιστρέφομαι | εὐλαβέομαι | ἔχομαι | ὀλιγωρέω |
| ἐπείγομαι | δράσσομαι | ἄρχομαι | παραμελέω |
| ὁρμάομαι | ἐντρέπομαι | ὑπάρχω | καταφρονέω. |

Adde hæc Poëtica :

| | | | |
|---|---|---|---|
| ἔλδομαι | λιλαίομαι | τιτύσκομαι | ἀλεγίζω |
| ἔσσυμαι | γλίχομαι | τοξεύω | τημελέω. |
| ἐμπάζομαι | ὀψείω | ἀκοντίζω | |
| ὄθομαι | στοχάζομαι | ἀλέγω | |

Etiam horum nonnullis interdùm Accusativus jungitur; ut

τὰ δ' ἐν νεκροῖσι φροντιεῖ πατὴρ σέθεν,

*hæc autem apud mortuos curabit pater tuus.* Eur. Troad. 1234.

(*f*.) Sensus, etiam intellectus, peritia, adeòque memoria; ut

καὶ κωφοῦ συνίημι καὶ οὐ φωνεῦντος ἀκούω,

*mutum percipio, fantis nihil audio vocem.* Herod. i. 47.

τόξων εὖ εἰδώς, *arcuum benè sciens.* Hom. Il. ii. 718.

μνήσατο γὰρ κατὰ θυμὸν ἀμύμονος Αἰγίσθοιο,

*recordabatur enim animo eximii Ægisthi.* Hom. Od. i. 29.

Obs. Huc refer, præter verba videndi et audiendi usitatiora,

| | | | |
|---|---|---|---|
| αἰσθάνομαι | ὀσφραίνομαι | ἠθὰς | μνημονεύω |
| πυνθάνομαι | ἐνθυμέομαι | τρίβων | λήθομαι. |
| ἀΐω | ἐπιστήμων | ἀδαὴς | |
| θεάομαι | ἔμπειρος | ἀπαίδευτος | |

Multa tamen quæ huc pertinent, imprimis quæ *audiendi* et *videndi* notionem habent, frequentiùs asciscunt Accusativum; ut

ὁρᾷ φάος ἠελίοιο, *videt lumen solis.*

ἀμείλικτον δ' ὄπ' ἄκουσαν, *immitem vero vocem audierunt.*

Obs. Necnon ἀκούω, πυνθάνομαι, et similia, interdùm cum Genitivo personæ construuntur, et Accusativo rei; ut

ἄνακτος αὐτοῦ πάντα πεύσομαι λόγον,

*ab ipso rege omnem rem gestam comperiam.* Æsch. Ag. 599.

(*g*.) Facultas sive copia, adeòque fructus vel successus; ut

ποριστικὸς τῶν ἐπιτηδείων τοῖς στρατιώταις, *peritus suppeditandi necessaria militibus.* Xen. Mem. iii. 1. 6.

ἅλις δὲ παίδων· τῶνδ' ὄνησιν εὔχομαι

Θεοῖς γενέσθαι· σοῦ γὰρ οὐκ ὠνήμεθα,

*satis enim liberorum habeo; horum autem ut fructus mihi contingat*

*Deos precor; tui enim fructum non percepi.* Eur. Alc. 344.

Ad contrariam notionem pertinent quæ defectum, frustrationem vel separationem significant; ut

πλήρης στεναγμῶν, οὐδὲ δακρύων κενός,

*plenus gemituum, neque lacrymarum vacuus.* Eur. Hec. 230.

γυναικὸς ἐσθλῆς ἤμπλακες, *uxore bonâ privatus es.* Eur. Alc. 425.

Obs. 1. Huc generalitèr referri possunt nomina quæ desinunt in *ικος*; item composita cum *α* privativâ; quibus adde

| | | | |
|---|---|---|---|
| τυγχάνω | εὐπορέω | ἀλάομαι | στερέω |
| κύρω | βρύω | σφάλλομαι | κωλύω |
| ἀντιάω | πλήθω | ψεύδομαι | εἴργω |
| ἐφικνέομαι | γέμω | λείπομαι | ἐρητύω |
| λαγχάνω | βρίθω | ἔρημος | νοσφίζω |
| κληρονομέω | μεστὸς | ὀρφανὸς | ἀπαλλάσσω |
| γεύομαι | ἐνδεὴς | γυμνὸς | λύω |
| ἐπαυράω | σπανίζω | παύω | ἐλεύθερος |
| ἀπολαύω | ἁμαρτάνω | λήγω | χωρίζω. |

Poëtica ἀφνειὸς *dives*, ἐπιστεφὴς *coronatus*, et similia.

Obs. 2. Huc etiam referendi sunt Genitivi cum verbis ὄζω *oleo*, πνέω *spiro*, et similibus constructi; ut

ὄζουσι πίττης καὶ παρασκευῆς νεῶν,

*redolent picem et apparatum navium.* Arist. Acharn. 190.

Obs. 3. Impersonale δεῖ ferè capit Genitivum rei et personæ Accusativum; et

*ὡς πάντα πράξας, ὧν σε δεῖ, στείχῃς παλιν,*

*ut omnibus peractis quorum tibi opus est, abeas rursus.* Eur. Hec. 1015.

Sic etiam ponitur impersonale χρὴ apud Homerum.

§ 133. Quibuslibet verbis additur Genitivus ita ut rem, in quâ actio verbi sita est, planiùs designet, et significet *quod attinet ad;* ut

συνετρίβη τῆς κεφαλῆς, *cervicem sibi defregit.* Arist. Pac. 71.

Imprimis verba ἔχω, ἥκω, sumptis adverbiis, sic construuntur; ut

Ἀθηναῖοι δὲ ὡς ποδῶν εἶχον τάχιστα ἐβοήθεον ἐς τὸ ἄστυ, *Athenienses vero quantum pedibus valuere celerrimè urbi succurrerunt.* Herod. vi. 46.

γένους μὲν ἥκεις ὧδε τοῖσδε, Δημοφῶν,

*attingis igitur sic hos genere, O Demophoon.* Eur. Heracl. 124.

Obs. Eodem ferè modo Superlativis additur Genitivus Pronominis Reflexivi, ita ut indicet tempus vel modum, in quo persona, de quo dicitur, se ipsum superasset; ut

εἴθε σοι τότε συνεγενόμην, ὅτε δεινότατος σαυτοῦ ἦσθα, *utinam tecum essem tunc cum te ipse in his studiis superabas.* Xen. Mem. Lib. I. c. ii. § 46.

## *DATIVI SYNTAXIS.*

§ 134. Dativus indicat personam cujus interest vel refert aut esse aliquid aut agi (Lat. Gram. § 143.); ut

ὦ κλεινὸν οἴκοις Ἀντιγόνη θάλος πατρὶ!

*O Antigone, patri egregium germen in domo!* Eur. Phœn. 88.

Μενέλαος, ᾧ δὴ τόνδε πλοῦν ἐστείλαμεν,

*Menelaus, cujus gratiâ huc navigavimus.* Soph. Aj. 1045.

Obs. Huc pertinet Dativi usus, ex quo res cum limite quodam vel respectu ad quendam habito narratur; ut

καλῶς ἔλεξεν εὐλαβουμένῳ πεσεῖν,

*Bene dixit ei qui cavet sibi, ne cadat.* Soph. Œd. Tyr. 616.

ἀληθεῖ δὲ λόγῳ χρεωμένῳ οὐ Κορινθίων τοῦ δημοσίου ἐστιν ὁ θησαυρὸς, *ille autem thesaurus, verè ut dicam, non publicus civitatis Corinthiorum est.* Herod. i. 14.

Præsertim additâ particulâ ὡς; ut

μακρὰν γὰρ, ὡς γέροντι, προὐστάλης ὁδόν,
*longiorem enim quam pro sene confecisti viam.* Soph. Œd. Col. 20.

Hinc quæ dandi, dicendi, auxiliandi et his similium vel contrariorum notionem habent, ferè Dativum asciscunt Personæ, sive Transitiva sint sive Intransitiva; ut

αὐτῷ μαλθακοὺς λέξω λόγους,
*illi mollia dicam verba.* Eur. Med. 774.

ὡς τοῖς θανοῦσι πλοῦτος οὐδὲν ὠφελεῖ,
*nam mortuis divitiæ nihil prosunt.* Æsch. Pers. 842.

§ 135. In Dativo ponitur instrumentum, locus, et modus actionis; necnon agens ipse post Verba Passiva.

(*a.*) Instrumentum; ut

ἀργυρέαις λόγχαισι μάχου, καὶ πάντα κρατήσεις,
*argenteis pugna telis, atque omnia vinces.*

(*b.*) Locus, sed ferè tantum apud Poëtas; ut

αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς εὗδε μυχῷ κλισίης εὐπήκτου,
*sed Achilles dormiit in recessu tentorii benè compacti.* Hom. Il. ix. 663.

(*c.*) Modus; ut

Τρῶες μὲν κλαγγῇ τ' ἐνοπῇ τ' ἴσαν, ὄρνιθες ὥς,
*Trojani quidem cum clangoreque clamoreque incedebant, avium instar.* Hom. Il. iii. 2.

(*d.*) Agens; ut

αἰσχροῖς γὰρ αἰσχρὰ πράγματ' ἐκδιδάσκεται,
*a turpibus enim turpia docentur.* Soph. Elect. 621.

Interdùm etiam causa rei in Dativo ponitur; ut

οἱ δὲ μὴ παρεῖεν, τούτους ἡγεῖτο ἢ ἀκρατείᾳ τινὶ, ἢ ἀδικίᾳ, ἢ ἀμελείᾳ ἀπεῖναι, *si qui verò non adessent, eos vel intemperantiæ vel injustitiæ vel negligentiæ causâ putabat abesse.* Xen. Cyrop. viii. i. 16.

§ 136. Dativus ferè construitur cum verbis, nominibus, vel adverbiis, cum similitudo, societas, obedientia, et his similia aut contraria significantur. (Lat. Gr. § 144.)

(*a.*) Similitudo, item æqualitas; ut

τοὺς τρόπους καὶ τὴν δίαιταν σφηξὶν ἐμφερέστατοι, *moribus et vitæ ratione vespis simillimi.* Arist. Vesp. 1102.

καὶ τὸν φίλον τιμῶσιν ἐξ ἴσου πατρί, *et amicum eodem, quo pater, prosequuntur honore.* Soph. Antig. 644.

Obs. 1. Huc pertinet ὁ αὐτὸς *idem* cum Dativo constructus; ut

ὑμεῖς δὲ εἰς μὲν τὸ αὐτὸ ἡμῖν σπεύδετε, *vos eòdem quidem quò nos tenditis.* Xen. Cyr. i. iii. 4.

Obs. 2. ὅμοιος construitur etiam cum Genitivo; ut

ἔστι δὲ καὶ ταῦτα ὅμοια τοῦ Ἡφαίστου,
*sunt autem hæc similia Vulcani.* Herod. iii. 37.
*conf.* ἐναντίος *suprà,* § 132. b. *Obs.*

(*b.*) Societas; inde consensus, concordia, usus; ut

ὁ Δημοκήδης . . . Πολυκράτεϊ ὡμίλησε,
*Democedes Polycrate familiariter usus est.* Herod. iii. 131.

ὁμογνωμονῶ σοὶ καὶ τοῦτο, *consentio tibi etiam de hoc.* Xen. Mem. iv. iii. 10.

ἐμάχοντο οἱ Ἕλληνες τοῖσι Πέρσῃσι, *pugnaverunt Græci contra Persas.* Herod. vi. 29.

κείνους δὲ κλαίω ξυμφορᾷ κεχρημένους,
*illos vero calamitate premi lugeo.* Eur. Med. 347.

Obs. Huc pertinent imprimis cum σὺν et ὁμοῦ composita, quibus adde

| | | | |
|---|---|---|---|
| ἕπομαι | διάδοχος | παλαίω | μάρναμαι |
| ἀκολουθέω | συγγινώσκω | διάφορος | πολεμέω |
| ὀπηδέω | φθονέω | στασιάζω | ἁνδάνω |
| ὁμαρτέω | ἐρίζω | ἀγωνίζομαι | |

ἀρέσκω *placeo* et cum Dativo et Accusativo legitur.

(*c.*) Obedientia; ut

Ἀράβιοι δὲ οὐδαμᾶ κατήκουσαν ἐπὶ δουλοσύνῃ Πέρσῃσι, *Arabes verò neutiquam parebant Persis ita ut eorum servi essent.* Herod. iii. 88.

§ 137. Dativus interdùm ponitur, subauditâ præpositione *σὺν*, præsertim ubi locum habet pronomen *αὐτός*; ut

*τῆλ' αὐτῇ πήληκι κάρη βάλε,*

*procul cum ipsâ galeâ caput excussit.* Hom. Il. xx. 482.

## *ACCUSATIVI SYNTAXIS.*

§ 138. Accusativus construitur cum plerisque Verbis Transitivis; etiam Verba Neutra Accusativum quem vocant *cognatæ significationis*, asciscere solent, ut apud Latinos (Lat. Gram. § 146.); ut

*εἶμι τλημονεστάτην ὁδὸν*

*ibo miserrimam viam.* Eur. Med. 1063.

Obs. Quædam etiam Verba Neutra, quæ gaudium, misericordiam, et similia vel contraria significant, Accusativum asciscunt ejus ob quod ista sentiuntur; ut

*τὸ δ' ἔπος οὐξερῶ τάχ' ἂν ἥδοιο,*

*id autem quod dicturus sum forsitan gaudeas.* Soph. Œd. Tyr. 936.

§ 139. Duplex Accusativus et rei et personæ construitur cum verbis, quæ significant benè aut malè dicere vel facere, docere, rogare, exigere, privare, et similia; ut

*ὃς κακὰ μὲν πλεῖστα Ἑλλήνων εἴργασμαι τὸν ὑμέτερον οἶκον, qui ex omnibus Græcis unus vestram familiam plurimis affeci malis.* Thuc. i. 137.

*μηδὲ σὺ τόνδ', ἀγαθός περ ἐὼν, ἀποαίρεο κούρην,*

*neque tu ab isto, præstans licet sis, auferas puellam.* Hom. Il. i. 275.

Sæpiùs pro Accusativo rei adverbia *εὖ* vel *κακῶς* ponuntur; ut

*ἄνθρωπε, μὴ δρᾶ τοὺς τεθνηκότας κακῶς,*

*mi homo, in mortuos ne sis injurius.* Soph. Aj. 1154.

Obs. Huc pertinet verbum *γεύω* *gustandum præbeo.*

*θούλει σε γεύσω πρῶτον ἄκρατον μέθυ;*

*Visne ut primum tibi vinum gustandum præbeam?* Eur. Cycl. 149.

§ 140. Interdùm Accusativus rei construitur cum Passivis horum, quorum Activa duplicem capiunt Accusativum, vel etiam Dativum personæ cum Accusativo rei; ut

ἀπαραιρημένοι τὰ ὅπλα, *armis exuti.* Herod. vii. 103.

οἱ τῶν Ἀθηναίων ἐπιτετραμμένοι τὴν φυλακὴν, *Athenienses illi quibus arcis custodia commissa erat.* Thuc. i. 126.

§ 141. In Accusativo ponuntur quæ significant spatium temporis aut loci; (Lat. Gram. § 151, 152.)

(*a.*) Temporis; ut

ἡ δὲ Σύβαρις ἤκμαζε τοῦτον τὸν χρόνον μάλιστα, *florebat autem tunc maximè Sybaris.* Herod. vi. 127.

(*b.*) Loci; ut

ἀπέχει δ' ἡ Πλάταια τῶν Θηβῶν σταδίους ἑβδομήκοντα, *Platææ autem a Thebis septuaginta stadia absunt.* Thuc. ii. 5.

§ 142. Accusativus sæpissimè sic ponitur quasi subaudiatur præpositio κατὰ; ut

οὐδεὶς ἀνθρώπων αὐτὸς ἅπαντα σοφός,

*nemo hominum ipse in omnibus sapiens est.*

πληγεὶς τὴν κεφαλὴν πελέκεϊ, *percussus caput secure.* Herod.

§ 143. Quædam nomina in Accusativo posita, subauditá præpositione κατὰ, tanquam adverbia vel præpositiones usurpantur; ut

ἀρχὴν *primum* vel *omninò.* τέλος *denique.*

χάριν *gratiâ* vel *propter.* δέμας Hom., δίκην Att., *instar.*

§ 144. Accusativus interdùm per se positus ad sententiam refertur; ut

Ἑλένην κτάνωμεν—Μενέλεῳ λύπην πικράν,

*Helenam interficiamus, quod erit Menelao magnus dolor.* Eur. Orest. 1105.

## SYNTAXIS PRONOMINUM.

§ 145. PRONOMEN POSSESSIVUM interdùm ponitur pro Primitivo; ut

σὸς πόθος, *desiderium tui.* Hom. Od. xi. 202.

Obs. Genitivus Adjectivi vel Participii sæpe concordat cum Genitivo Primitivi Pronominis, in Possessivo subauditi (Lat. Gram. § 154); ut

τἀμὰ δυστήνου κακά, *mala mei infelicis.* Soph. Œd. Col. 344.

§ 146. REFLEXIVUM Pronomen interdùm ponitur pro Reciproco; ut

ἐδουλώθησαν οὐκ ἀμύνοντες σφίσιν αὐτοῖς, *in servitutem redacti sunt cum sibi mutuò opem non ferrent.* Thuc. vi. 77.

§ 147. RELATIVO Pronomini forma olim eadem erat ac Demonstrativo; ut

ἀλλὰ τὰ μὲν πολίων ἐξεπράθομεν, τὰ δέδασται,

*sed quæ quidem ex urbibus depredati sumus, ea divisa sunt.* Hom. Il. i. 125.

Unde factum est ut etiam apud Atticos exstet Relativum aliquandò Demonstrativè positum, præsertim in formulis ἦ δ᾽ ὅς, ὅς δ᾽ ἔφη, *ille verò dixit,* et in oratione distributâ; ut

πόλεις Ἑλληνίδας ἃς μὲν ἀναιρῶν, εἰς ἃς δὲ τοὺς φυγάδας κατάγων, *urbes Græciæ alias funditus evertens, in alias exsules reducens.* Demosth. De Cor. § 22.

§ 148. Relativum aliquando non ad antecedens sed ad sequens refertur substantivum genere et numero; ut

Περσικὸν ξίφος, τὸν ἀκινάκην καλέουσι, *Persicus gladius, quem acinacem vocant.* Herod. vii. 54. (Lat. Gram. § 137.)

ἡ ἄκρη, αἳ καλεῦνται κληΐδες τῆς Κύπρου, *promontorium quæ claves Cypri vocantur.* Herod. v. 108.

§ 149. Relativum, imprimis apud Atticos, *attrahi* solet in casum antecedentis, nullâ ratione habitâ sequentis verbi; ut

*χρῶμαι βιβλίοις, οἷς ἔχω,*

*utor libris quos habeo. Conf.* § 122.

Obs. Demonstrativum ὅδε frequenter idem fere valet ac δεῦρο vel ὧδε, præsertim apud Tragicos ubi sermo est de personâ in scenam prodeunte; ut

ἀλλ' ἥδ' ὀπαδῶν ἐκ δόμων τις ἔρχεται,

*sed ecce quædam famularum ex ædibus egreditur.* Eur. Alc. 137.

## SYNTAXIS VERBI.

§ 150. Verbum Singulare construi solet cum Plurali nomine neutrius generis; ut

*κακοῦ γὰρ ἀνδρὸς δῶρ' ὄνησιν οὐκ ἔχει,*

*improbi enim viri dona juvamen non habent.* Eur. Med. 614.

Obs. 1. Aliàs tamen Plurale nomen neutrius generis Verbum etiam asciscit Plurale, præsertim ubi de animantibus agitur; ut

τοσάδε μὲν μετὰ 'Αθηναίων ἔθνη ἐστράτευον, *tot quidem gentes cum Atheniensibus militarunt.* Thuc. vii. 57.

Obs. 2. Reperiuntur loci apud Poëtas ubi Verbum Singulare ponitur etiam cum nominibus Pluralibus reliquorum generum, hoc est Masculinis vel Fœmininis, per *Schema*, quod vocant, *Bœotium* vel *Pindaricum;* ut

πρόφρονες ἀντ' ᾠδῆς βίοτον θυμήρε' ὄπαζε,

*propitiæ pro cantu vitam jucundam præbe.* Hom. Hymn. in Cer. xi. 5. (De Pindaricis exemplis vix satis constat.)

Obs. 3. Locutio ἔστιν ὅς *aliquis* in Pluralem transiit, manente tamen verbo in Singulari, unde ἔστιν οἵ, i.e. ἔνιοι, ἔστιν ὧν, ἔστιν οἷς, κ.τ.λ. neglectâ concordantiæ regulâ; ut

ἔστιν οὕστινας ἀνθρώπων τεθαύμακας ἐπὶ σοφίᾳ; *Hominumne sunt quos admirari soles ob sapientiam?* Xen. Mem. I. iv. § 2.

§ 151. Verbum Plurale concordare potest cum Duali Nomine; ut

*τὼ δὲ τάχ' ἐγγύθεν ἦλθον ἐλαύνοντ' ὠκέας ἵππους,*

*illi verò citò prope venerunt incitantes veloces equos.* Hom. Il. v. 275.

§ 152. Verbum Plurale constare potest cum Nomine Singulari, multitudinem significante, ut apud Latinos; ut

ὣς φάσαν ἡ πληθὺς, *sic dixerunt multitudo.* Hom. Il. ii. 278.

Obs. Plurale Verbum rectè infertur, sive duo Singularia Nomina conjunguntur, sive disjunguntur. Pors. ad Hec. 86. Alcest. 367.

§ 153. Interdùm Verba Substantiva non cum Subjecto sed Prædicato concordant; ut

τὸ μὲν μῆκος τοῦ ὀρύγματος ἑπτὰ στάδιοί εἰσι, *longitudo fossæ septem stadiorum est.* Herod. iii. 60.

## *DE MODIS VERBORUM.*

§ 154. *Hypothetica* oratio modò Indicativum postulat, modò Subjunctivum, modò Optativum, pro diverso tempore et eventu ejus rei, quæ cogitationi *supposita* est.

(*a.*) Indicativi Tempus Historicum ponitur in Protasi cum conjunctione εἰ, et ejusmodi Tempus in Apodosi cum particulâ ἂν (Epic. κε, κεν), ubi res *hypothetica* in præterito tempore non evenerat, adeòque evenire non potest; ut

εἰ τοῦτο ἔλεξας, ἥμαρτες ἂν,

*si hoc dixisses, errasses.* (At hoc, scio, non dixisti; ergo non errasti.)

(*b.*) Subjunctivus ponitur cum conjunctione ἐὰν, ἢν, vel ἂν, ubi res *hypothetica* præsentis temporis incerta quidem, sed verisimilis, adeòque eventura videatur; ut

ἢν τοῦτο λέγῃς, vel λέξῃς, ἁμαρτάνεις, vel ἁμαρτήσει,

*si hoc dicis* (quod te dicere puto) *erras*, vel *errabis.*

(*c.*) Optativus ponitur cum conjunctione εἰ, ubi res *hypothetica* præsentis vel futuri temporis incerta ac non verisimilis, adeòque non eventura videatur; ut

εἰ τοῦτο λέγοις, vel λέξειας, ἁμαρτάνοις ἂν,

*si hoc dicas*, vel *diceres* (quod tamen te minimè dicere, aut dicturum esse sentio), *erres*, vel *errares.*

§ 155. *Finalis* oratio, cum dicitur de re præsenti vel futurâ, plerumque Subjunctivum postulat; cùm dicitur de re præteritâ, Optativum (*Conf.* § 40. *Obs.*); ut

*ταῦτα γράφω*, vel *γράψω*, vel *γέγραφα*, *ἵν' ἔλθῃς*,
*hæc scribo*, vel *scribam*, vel *scripsi*, *ut venias*.

*ταῦτα ἔγραφον*, *ἐγεγράφειν*, *ἔγραψα*, *ἵν' ἔλθοις*,
*hæc scribebam*, *scripseram*, *scripsi*, *ut venires*.

Idem obtinet in oratione *subjunctâ* post Pronomina, vel Particulas Pronominales; ut

*οὐκ ἔχω ὅποι τράπωμαι*, *non habeo quo me vertam.*

*οὐκ εἶχον ὅποι τραποίμην*, *quo me verterem, non habebam.*

Obs. Sed hanc regulam per omnia non servabant optimi auctores; scilicet quoties, neglectâ, ex alterutrâ parte, meliùs vel sensui vel *ἐνεργείᾳ* dictionis consulere poterant; sic Euripides,

*πολὺν δὲ σὺν ἐμοὶ χρυσὸν ἐκπέμπει λάθρα*
*πατήρ, ἵν', εἴποτ' Ἰλίου τείχη πέσοι,*
*τοῖς ζῶσιν εἴη παισὶ μὴ σπάνις βίου,*
*multum vero mecum auri emittit occultè*
*pater: quo, si quando Ilii mœnia caderent*
*viventibus liberis non esset penuria victûs.* Eur. Hec. 10.

ubi *ἐκπέμπει* est, quod dicitur *Historicum præsens.* Idem Euripides, ex alterâ parte, paulo posteà:

*κτείνει με χρυσοῦ τὸν ταλαίπωρον χάριν*
*ξένος πατρῷος, καὶ κτανὼν ἐς οἶδμ' ἁλὸς*
*μεθῆχ', ἵν' αὐτὸς χρυσὸν ἐν δόμοις ἔχῃ,*
*interfecit me auri miserum gratiâ*
*hospes paternus; et cum interfecisset in pelagus*
*abjecit, ut ipse aurum in domo habeat.* Ibid. 26.

§ 156. *Obliqua* oratio, precedente Verbo præteriti temporis, post Conjunctiones *ὡς*, *ὅτι*, et Pronomina Relativa, plerumque Optativo utitur, interdùm verò (imprimis si res minus ex narrantis ore pendere videatur) Indicativo; ut

Οὗτοι ἔλεγον, ὅτι Κῦρος μὲν τέθνηκεν, Ἀριαῖος δὲ ἐν τῷ σταθμῷ εἴη, καὶ λέγοι, κ.τ.λ. *Hi narrabant Cyrum mortuum esse, Ariæum verò esse in statione et dicere, &c.* Xen. Anab. ii. 1. c. 3. (Lat. Gram. § 165.)

§ 157. Oratio *frequentativa*, sive *Indefinita*, post Conjunctiones et Pronomina Relativa, si dicitur de re præsenti, postulat Subjunctivum, plerumque cum particulâ ἂν, si dicitur de re præteritâ, Optativum sine istâ particulâ; ut

*ὃν ἂν ἴδῃ . . . . , κολάζει, si quem viderit, punit.*
*ὃν ἴδοι . . . . , ἐκόλαζε, si quem vidisset, punivit.*

§ 158. Subjunctivi prima persona vim quasi futuram sæpissimè obtinet, præsertim in oratione interrogativâ; subauditur scilicet *χρὴ ἵνα,* vel tale aliquid; ut

*εἴπωμεν, ἢ σιγῶμεν; ἤ τι δράσομεν;*
*dicemus, an tacebimus? aut quid agemus?* Eur. Ion. 758.

§ 159. Optativus, adjunctâ particulâ ἂν, modò Futuri, modò lenioris ac modestioris Imperativi vice fungitur:

(*a.*) Futuri; ut
*οὐκ ἂν μεθείμην — οὐδ' ἔγωγ' ἀφήσομαι,*
*non relinquam — neque ego dimittam.* Eur. Iphig. Aul. 310.

(*b.*) Imperativi; ut
*χωροῖς ἂν εἴσω σὺν τάχει,*
*I intro propere.* Soph. Elect. 1491.

§ 160. Infinitivus interdùm *ellipticè* ponitur, ita ut imperandi vel optandi notionem exprimat; ut

*Ὑμεῖς δ' ἄλλοθεν ἄλλος ἐρητύειν ἐπέεσσιν,*
*Vos autem aliunde alius* eos *cohibete verbis.* Hom. Il. ii. 75.

*αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων,*
*semper optimè te gere et aliis esto præstantior.* Hom. Il. vi. 208.

*Θεοὶ πολῖται, μή με δουλείας τυχεῖν,*
*O Dii urbis tutelares, cavete ne in servitutem redigar.* Æsch. Sept. 253.

Obs. Infinitivus etiam *absolutè* ponitur, particulâ ὡς vel adjunctâ vel subauditâ; ut

*ὡς δὲ συνελόντι εἰπεῖν, ut paucis absolvam.* Xen. Mem. III. viii. 10.

*ὁ δὲ οὔτ' ἂν ἔπαθε κακὸν οὐδὲν, δοκέειν ἐμοὶ, puto equidem nihil mali fuisse eum passurum.* Herod. vi. 30.

§ 161. Infinitivus cum neutro Articuli vice fungitur Substantivi, vel potiùs (quod ad obliquos casus attinet) ejus, quod Latinis grammaticis est *gerundium;* (Lat. Gram. § 51. 159.) ut

τὸ λέγειν ὡς δεῖ τοῦ φρονεῖν εὖ μέγιστον σημεῖον ποιούμεθα, *dicere ut decet*, vel *orationem rectam maximum benè sapiendi indicium putamus.* Isocr. Nicocl. § 3.

Obs. 1. Interdùm, imprimis apud Poëtas, omittitur Articulus; ut
παρ' ἄκοντας ἦλθε σωφρονεῖν,
*ad invitos venit prudentia.* Æsch. Ag. 180.

Obs. 2. Nec minus in hujusmodi formulis poni potest Subjectum Infinitivi in suo casu, sive Accusativo, sive Nominativo (*Conf.* § 162); ut

τὸ θνήσκειν τινὰ ὑπὲρ τῆς πατρίδος καλή τις τύχη, *mori aliquem pro patriâ pulcra quædam fortuna est.* Xen. Cyr. V. iv. 19.

ὁ Κῦρος διὰ τὸ φιλομαθὴς εἶναι πολλὰ τοὺς παρόντας ἀνηρώτα, *Cyrus cum discendi studiosus esset, de multis rebus solebat eos quibuscum erat interrogare.* Xen. Cyr. I. iv. 2.

§ 162. Infinitivus Nominativum antecedentem capit, cùm ejusdem ac Verbum præcedens Subjecti est; cùm ad diversum transit, Accusativum, ut apud Latinos (Lat. Gram. § 134.); ut

Ξέρξης οὐκ ἔφη ὅμοιος ἔσεσθαι Λακεδαιμονίοισι· κείνους μὲν γὰρ συγχέαι τὰ πάντων ἀνθρώπων νόμιμα, ἀποκτείναντας κήρυκας, αὐτὸς δὲ ταῦτα οὐ ποιήσειν, *Xerxes respondit non se similem futurum Lacedæmoniis; illos enim occidendo præcones jura hominibus omnibus sancta violasse, se verò id non admissurum.* Herod. vii. 136.

οὐκ ἔφη αὐτὸς ἀλλ' ἐκεῖνον στρατηγεῖν, *dixit* (Cleon) *non se, sed illum* (Nician) *prætorem esse.* Thuc. iv. 28.

Obs. Nominativus Pronominis ante Infinitivum nisi emphasis causâ non exprimitur; ut

ὁ Ἀλέξανδρος ἔφασκεν εἶναι Διὸς υἱὸς, *Alexander prædicabat se esse Jovis filium.*

## *SYNTAXIS PARTICIPII.*

§ 163. PARTICIPIUM absolutè positum cum nomine suo construi solet in Genitivo; ut

*ἐμοῦ διδάσκοντος, me docente.*

Obs. Interdùm verò Participium absolutè ponitur in Accusativo (præsertim additâ particulâ *ὡς*); quod quidem in Participiis Impersonalium, e.g. *ἐξὸν, παρὸν, δέον, ὑπάρχον, προσῆκον, δόξαν, κ.τ.λ.* usitatissimum est; ut

*ὡς τοδ' αἷμα χειμάζον πόλιν,*
*hæc enim cædes exagitat urbem.* Soph. Œd. Tyr. 101.
*θνήσκω, παρόν μοι μὴ θανεῖν, ὑπὲρ σέθεν,*
*morior pro te, licito mihi non mori.* Eur. Alc. 295.

§ 164. Participia Græcè poni solent ubi Latinè plerumque ponitur Infinitivus, præsertim cum verbis quæ ad sensum, intelligentiam, initium, perseverantiam pertinent; ut

*ἴστω νυν εὐκλεής γε κἀτθανουμένη,*
*sciat igitur se gloriosè certè morituram esse.* Eur. Alc. 151.
. . . *πῶς δ' ἂν μᾶλλον ἐνδείξαιτό τις*
*πόσιν προτιμῶσ', ἢ θέλουσ' ὑπερθανεῖν;*
*quomodo enim magis ostendat ulla*
*se magni facere maritum quam si velit pro eo mori?* Ibid. 155.
*παῦσαι λέγουσα, desiste loqui.* Eur. Hipp. 703.

Obs. Verba quæ sciendi notionem habent, si cum Infinitivo construuntur, sensum longè alium præbent, ac cum Participio. Scilicet *ἐπίσταμαι ποιῶν*, significat, *scio me facere*; *ἐπίσταμαι ποιεῖν, scio quomodo faciam.*

§ 165. Participium aliquando ponitur, quasi per Periphrasin, cum verbis, imprimis, *ἔχω, τυγχάνω, κυρῶ*; ut

*τὸν μὲν προτίσας, τὸν δ' ἀτιμάσας ἔχει,*
*alterum honoravit, alterum privavit honore.* Soph. Ant. 22.
*τοσοῦτον οἶδα καὶ παρὼν ἐτύγχανον,*
*tantum novi, atque ipse præsens adfui.* Aj. 748.

*σίγα νυν ἑστὼς, καὶ μέν' ὡς κυρεῖς ἔχων,*
*tacitus igitur adsta et mane quo es in loco.* Aj. 87.

Obs. Verba *λανθάνω* et *φθάνω*, necnon *τυγχάνω* et *κυρῶ*, cum Participiis constructa optimè plerumque vertentur, si pro Participio Verbum, pro Verbo Adverbium supponetur; ut

*ὁ Κροῖσος φονέα τοῦ παιδὸς ἐλάνθανε βόσκων*, *Crœsus filii interfectorem imprudenter alebat.* Herod. i. 44.

*οὐκ ἂν φθανοίτην τοῦτο πράττοντε*,
*non nimis celeriter hoc agere possetis;* quod idem valet atque *hoc quam celerrimè agite.* Aristoph. Plut. 487.

## *SYNTAXIS VERBALIUM.*

§ 166. Verbalia Adjectiva in *τέος*, *τέον*, duplici modo construuntur, prout vel Activa sunt vel Passiva.

(*a.*) Activa regunt Substantivum; quod eo scilicet casu ponitur, quem postulat Verbum, a quo Verbale ductum est; ut

*ἀσκητέον* (vel — *τέα* Neut. Pl.) *ἐστὶ τὴν ἀρετὴν*,
*ἐπιθυμητέον* (vel — *τέα* Neut. Pl.) *ἐστὶ τῆς ἀρετῆς*,
*virtutem oportet colere—cupere.*

(*b.*) Passiva concordant cum Substantivo, prorsus ut Latinè Participia in *dus* (Lat. Gram. § 159.); ut

*ἀσκητέα ἐστὶν ἡ ἀρετὴ*, *colenda est virtus.*

Utrobique Dativus personæ sæpissimè additur; ut

*ἐξοιστέον τἄρ' ὅπλα Καδμείων πόλει*,
*sunt igitur urbi Cadmeorum efferenda arma.* Eur. Phœn. 712.

*ἐμοὶ μὲν οὖν ἔστ' ἐς Σαλαμῖνα πλευστέα*,
*mihi quidem igitur ad Salamina est navigandum.* Arist. Lys. 411.

Obs. Interdùm post Verbalia pro Dativo personæ ponitur Accusativus; ut *πολλὴν τὴν μετάστασιν δεικτέον, εἰσφέροντας, ἐξιόντας, ἅπαντα ποιοῦντας ἑτοίμως*, *ostendenda est insignis conversio nobis conferentibus tributa, militantibus, omnia alacritèr gerentibus.* Demosth. Olynth. ii. § 6. *Conf.* Thucyd. i. 86.

## SYNTAXIS ADVERBIORUM.

### Ἄν.

§ 167. Particula ἂν (*Epicè* κε, κεν) vim ferè *potentialem*, et futuri temporis notionem tribuere solet partibus Verbi, etiam Participiis, quibuscum construitur. *Indicativi* autem Præsens, et Præteritum Perfectum nunquam, nec Futurum nisi apud *Epicos*, Particulam istam secum conjunctam habent; nec verò *Optaticus*, quoties optatum significat. *Conf.* § 40. *Obs.* et § 154.

οὐκ ἂν πέρα φράσαιμι, *nihil amplius dicam.* Soph. Œd. Tyr. 343.

πάντ' ἂν φοβηθεὶς ἴσθι, δειμαίνων τόδε,
*scito te nihil non timere posse siquidem hoc metuis.* Eur. Rhes. 80.

Obs. 1. Particula ἂν, præsertim cum Optativo constructa, sæpiùs repetitur; ut

σοῦ δ' ἂν πυθέσθαι καὶ κλύειν βουλοίμεθ' ἄν,
*ex te igitur sciscitari et audire velimus.* Eur. Hipp. 270.

Obs. 2. Formula πῶς ἂν cum Optativo frequens apud Euripidem significat *utinam;* ut

πῶς ἂν ὀλοίμην, *utinam peream.* Eur. Alcest. 881.

Obs. 3. Temporibus Historicis Modi Indicativi, adhibitâ particulâ ἂν, notio consuetudinis vel iterationis accedit; ut

ποτὲ μὲν ἐπ' ἦμαρ εἶχον, εἶτ' οὐκ εἶχον ἄν,
*aliquando victum habere solebam, aliquando non habere.* Eur. Phœn. 412.

Obs. 4. Particula ἂν cum Participio juxta posito suam vim interdùm et cum Participio et cum Verbo communicat, præsertim ubi conditio in Participio inest; ut

ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων τεκμηρίων τοιαῦτα ἄν τις νομίζων μάλιστα ἃ διῆλθον, οὐχ ἁμαρτάνοι, *ex his autem signis quæ dixi si quis res a me narratas tales potissimum esse ducat,* (quales eas esse dixi) *hic profecto non erraverit.* Thuc. i. 21.

De usu Particulæ ἂν, cum Historicis Temporibus Indicativi, *vide suprà,* § 154. *a*; cum Conjunctionibus, *infrà,* § 175, 176.

## Οὐ, Μὴ.

§ 168. Οὐ, *non**, præcisè negantis est, μὴ, *ne*, vetantis vel deprecantis. Idem ferè obtinet in familiá vocabulorum utrinque manantium, sc. οὔτε, μήτε, οὐδεὶς, μηδεὶς, κ.τ.λ.; ut

*οὐ δράσεις τοῦτο, non facies hoc.*

*μὴ δρᾶ ἐκεῖνο, illud ne facito.*

*οὔτ' ἂν δυναίμην, μητ' ἐπισταίμην λέγειν,*

*nec possim, neve* (opto) *sciam dicere.* Soph. Antig. 612.

Sed *negat* etiam μὴ *hypotheticè*, hoc est, in oratione ubi res non tam ad *factum* quam ad *cogitatum* refertur; itaque ponitur imprimis post Conjunctiones εἰ, ἐὰν *si*, ὡς, ὅπως, ἵνα, ὄφρα *ut*, ὥστε *ita ut*.

Obs. 1. Μὴ (vetantis) cum Imperativi Præsente, vel Aoristo Subjunctivi jungitur; non autem cum Subjunctivi Præsente, neque, nisi rarissimè, cum Aoristo Imperativi. Rectè dicitur μὴ μέμφου, vel μὴ μέμψῃ; perperam μὴ μέμφῃ, et vix aut ne vix quidem rectè, μὴ μέμψαι.

Obs. 2. Μὴ post Verba, quæ prohibendi, negandi, timendi, liberandi notionem habent, redundare solet; ut

Ἀριστόδικος . . ἔσχε μὴ ποιῆσαι ταῦτα Κυμαίους, *Aristodicus inhibuit Cymæos ne id facerent.* Herod. i. 158.

Particulæ οὐ μὴ sæpiùs ita conjunguntur, ut altera alterius vim non tollat. Hinc ortæ sunt duæ Syntaxeos formulæ planè diversæ, prout οὐ μὴ cum Futuro Indicativi, aut Aoristo Subjunctivi construuntur.

(*a.*) Οὐ μὴ, cum Futuro Indicativi constructæ, Interrogationi inserviunt, et plerumque *Imperandi* significationem, vim *prohibendi* obtinent; ut

*οὐ μὴ δυσμενὴς ἔσει φίλοις; nonne non-infestus eris amicis?* quod idem fere valet ac *ne infestus sis amicis.* Eur. Med. 1148.

(*b.*) Οὐ μὴ cum Subjunctivo per *Ellipsin* constructæ significationem *Futuri*, vim *negandi* obtinent; ut

* Scribitur οὐκ ante vocalem lenem, οὐχ ante aspiratam. Οὐχὶ Atticum est.

καὶ τῶνδ' ἀκούσας οὔτι μὴ ληφθῶ δόλῳ. *Intellige* οὐ δέδοικα μή. *Et his auditis, non* (vereor ne) *capiar dolo.* Æsch. Sept. 38.

Obs. 3. Particulæ μὴ οὐ, negativâ sententiâ plerumque præeunte, cum Infinitivo construuntur, idemque significant, quod Latinè *quin, quominus*; ut

οὐδὲν ἐλλείψω τὸ μὴ οὐ πᾶσαν πυθέσθαι τῶνδ' ἀλήθειαν,

*non prætermittam quin omnem de hâc re veritatem sciscitcr.* Soph. Trach. 90.

Obs. 4. Locutiones οὔ φημι, οὐ θέλω, οὐκ ἐάω, idem ferè valent ac Latinè *nego, nolo, prohibeo.*

οὔποτε φήσω γάμον εὐφραίνειν πλέον ἢ λυπεῖν,

*semper negabo nuptias gaudii plus quàm doloris afferre.* Eur. Alcest. 244.

Scilicet in his et similibus negationes οὐ et μὴ, non solum rem esse negant, sed etiam contrarium affirmant. Sic οὐ πάνυ, *non omnino*, significat *rem omnino aliter se habere.*

§ 169. Negationes duæ aut plures plerumque Græcè vehementiùs negant; ut

ἀκούει δ' οὐδὲν οὐδεὶς οὐδένος,

*nec quisquam cuiquam quidquam paret.* Eur. Cycl. 120.

§ 170. Adverbium, præfixo Articulo, vice fungitur Adjectivi, subauditâ scilicet parte aliquâ Participii ὢν; ut

ὦ τέκνα, Κάδμου τοῦ πάλαι νέα τροφὴ,

*O filii, veteris Cadmi nova progenies.* Soph. Œd. Tyr. 1.

Obs. Articulus Adverbio præfixus interdùm abundat; ut

τὸ νῦν, τὰ νῦν *nunc*, τὸ πρὶν *antea*, τὰ μάλιστα *maximè*, et plurima ejusmodi.

§ 171. Adverbia cum verbo ἔχω eleganter construuntur eâdem ferè vi, quam habent Adjectiva et Verbum Substantivum; ut καλῶς ἔχει idem ferè valet ac καλόν ἐστι. *Conf. suprà*, § 133.

§ 172. Genitivus additur Adverbiis quæ locum significant, ut apud Latinos (Lat. Gram. § 166.); ut

ποῦ γῆς; *ubi terrarum?* ποῖ γῆς; *quo gentium?*

§ 173. Adverbia complura Præpositionum naturam habent, et cum casibus alia aliis construuntur; ut

(*a.*) Cum Genitivo e. g. ἄγχι vel ἀγχοῦ *prope*; ut

ἄγχι πολιᾶς ἁλὸς,
*prope canum mare.* Pind. Ol. i. 114.

(*b.*) Cum Dativo e. g. ἅμα *simul*; ut

ἅμα τοῖσι ἀνδράσι, *simul cum hominibus.* Herod. iv. 116.

(*c.*) Cum Accusativo e. g. μὰ, νὴ, jurandi formulæ; ut

μὰ τοὺς παρ' Ἅιδην νερτέρους ἀλάστορας,
*non, per dæmones infernos, qui sunt apud Plutonem.* Eur. Med. 1049.

§ 174. Nonnulla nomina facta sunt Adverbia, plerumque per ellipsin Præpositionum (*Conf. suprà*, § 125); ut ἄγχι *prope*, χάριν *gratiâ*, προῖκα *gratis*. *Conf. infrà*, § 189. *b. Obs.*

## *CONJUNCTIONUM SYNTAXIS.*

§ 175. Conjunctionum usus plurimùm pendet ex Modo Verborum, prout res Indicativum, Subjunctivum, aut Optativum postulat. *Conf. suprà*, § 154—156.

Conjunctiones licet in duas ferè classes digerere, *Finalium* scilicet et *non-Finalium*.

§ 176. Finales Conjunctiones (sive eæ, quæ ad finem spectant) sunt ὡς, ὅπως, ἵνα, et Poëticè ὄφρα *ut*; quarum Syntaxis, quod ad Modos, Subjunctivum scilicet et Optativum, attinet, ex iis, quæ supra dicta sunt de finali oratione, repetenda est. *Vide* § 155.

Ex his Conjunctionibus cum Subjunctivo constructis ὡς et ὅπως frequentiùs asciscunt ἂν, ἵνα verò et ὄφρα plerumque rejiciunt. Eædem Conjunctiones omnes, cum Optativo constructæ, particulam istam ferè non admittunt.

Obs. 1. Si forte Conjunctio finalis una cum ἂν et Optativo reperiatur, particula ἂν non cum Conjunctione sed potius cum Verbo construi debet.

Obs. 2. Quoties prior sententiæ pars non quid factum sit, sed quid fieri oportuerit designat, Conjunctiones ὡς, ὅπως, ἵνα, Indicativi tempora præ-

terita post sese asciscunt, modò de re præsente aut præteritâ sermo sit; ut

ἰὼ Κιθαιρὼν, τί μ' ἐδέχου; τί μ' οὐ λαβὼν
ἔκτεινας εὐθὺς, ὡς ἔδειξα μήποτε
ἐμαυτὸν ἀνθρώποισιν, ἔνθεν ἦν γεγώς;
*Io Cithæron, quare me recepisti? cur non acceptum*
*statim me peremisti, quod si fecisses, nunquam docuissem*
*homines unde natus essem?* Soph. Œd. Tyr. 1391.

Obs. 3. Particula ὅπως, vel ὅπως μὴ, in re futurâ, non modò cum Subjunctivo sed etiam cum Futuro Indicativi sæpe construitur; ut

δέδοιχ' ὅπως μοι μὴ λίαν φανεῖ σοφή,
*metuo ne mihi nimis sapiens videaris.* Eur. Hipp. 520.

Et nonnunquam post ellipsin verbi δέδοικα, vel ὅρα; ut

ὅπως μὴ σαυτὸν οἰκτιεῖς ποτέ
*vereor ne aliquando te ipsum misereris.* Æsch. Prom. 68.

§ 177. Conjunctiones non-Finales partim ad factum vel causam respiciunt, partim conditionales vel relativæ sunt.

(*a.*) Quæ ad *factum* vel *causam* respiciunt, sunt ὡς, ὅτι *quod;* quæ ponuntur imprimis in oratione obliquâ, et interdùm cum Indicativo, frequentiùs cum Optativo construuntur. *Vide suprà,* § 156.

(*b.*) Quæ *conditionales* aut *relativæ* sunt, si res Indicativum aut Optativum postulat, ponuntur simpliciter, sine particulâ ἂν; ut εἰ *si,* ὅτε, ὁπότε, ὡς, (ὅπως *Att. Poët.*, ὅκως *Ion.*), ἡνίκα *cum, quando,* ἐπεὶ, ἐπειδὴ *postquam,* πρὶν, πρὶν ἢ *prius quam,* ἕως, ἔστε *dum, donec,* necnon Pronomina Relativa, et Adverbia Pronominalia conjunctivè posita, ὅς, οἷος, ὅσος, οὗ, οἷ, ὅπου, ὅποι, κ.τ.λ.

Sin autem res Subjunctivum postulat, postulantur item eædem Conjunctiones cum ἂν compositæ, sive conjunctæ, scilicet ἐὰν (hoc est εἰ ἂν), ἢν vel ἂν, ὅταν, ὁπόταν, ἡνίκ' ἂν, ἐπὴν, ἐπειδὰν, πρὶν ἂν, ἕως ἂν, ἔστ' ἂν, ὃς ἂν, ὅπου ἂν, κ.τ.λ.

Obs. 1. Non rarò tamen in nonnullis horum etiam cum Subjunctivo constructis supprimitur particula ἂν, præsertim apud Tragicos; ut

ὅπου δ' Ἀπόλλων σκαιὸς ᾖ, τίνες σοφοί;
*si vero Apollo indoctus est, quinam sapientes sunt?* Eur. Elect. 972.

Obs. 2. Particula πρὶν neque cum Optativo nec Subjunctivo construi solet nisi in priore sententiæ membro adsit negandi aut prohibendi significatio; ut

οὐκ ἄπειμι πρὸς δόμους πάλιν
πρὶν ἄν σε γαίας τερμόνων ἔξω βάλω,
*non redibo domum*
*priusquam ejecero te e finibus hujus terræ.* Eur. Med. 270.

Eadem tamen sæpiùs cum Infinitivo quoque construitur, cujuscumque generis sententia præcedat, sive affirmativa, sive negativa; ut

οὐδὲ παύσεται
χόλου, σαφ' οἶδα, πρὶν κατασκῆψαί τινα,
*neque desistet ab irâ,*
*bene scio, priusquam fulmine feriat aliquem.* Ibid. 92.

Obs. 3. Particula εἰ, vel εἰ γὰρ, sicut εἴθε, interdùm optantis est; sed notanda in hoc usu differentia Indicativi et Optativi; εἰ γὰρ εἶχον, valet *utinam haberem*, vel *habuissem* (de re præteritâ); εἰ γὰρ ἔχοιμι, *utinam habeam* (de re præsenti vel futurâ).

§ 178. Conjunctiones quæ extra has duas classes censendæ sunt, facile dignoscuntur; scilicet

(*a.*) Copulativæ, ut καὶ, καὶ—καὶ, τε—καὶ, τε—τε, κ.τ.λ.

(*b.*) Disjunctivæ, ut οὔτε—οὔτε, μήτε—μήτε, κ.τ.λ.

(*c.*) Partitivæ, ut μὲν—δὲ, κ.τ.λ.

## *SYNTAXIS PRÆPOSITIONUM.*

§ 179. Præpositiones apud Poëtas sæpe per *Tmesin* a verbis segregantur, cum quibus compositæ sunt; ut

ὃν...χυτὴ κατὰ γαῖα κάλυψεν, pro κατεκάλυψεν,
*quem...aggesta terra cooperuit.* Hom. Il. xiv. 114.

Obs. Aliquando Præpositiones, apud Poëtas, post verba sua ponuntur; ut

Νύμφη δ' ἐτίθει πάρα πᾶσαν ἐδωδήν,
*Nympha vero apposuit omnem cibum.* Hom. Od. v. 196.

§ 180. Præpositiones interdùm tanquam Adverbia usurpantur, imprimis ἐν et πρὸς; ut

ἐν δὲ καὶ Λεσβίους εἷλε,
*et simul* vel *inter alios, Lesbios cepit.* Herod. iii. 39.

§ 181. Præpositiones ἄνα, μέτα, πάρα, ἔνι, accentu retracto, eandem simplices vim exerunt quam cum verbo εἰμὶ, vel, quod rarius, quam cum ἵστημι compositæ; ut

οὐ γάρ τις μέτα τοῖος ἀνὴρ, (pro μέτεστι),
*non enim adest aliquis talis vir.* Hom. Od. xxi. 93.
ἀλλ' ἄνα, μηδ' ἔτι κεῖσο (pro ἀνάστα),
*sed surge, neque amplius jace.* Hom. Il. xviii. 178.

## *PRÆPOSITIONUM PRIMA CLASSIS.*

In primâ Præpositionum classe continentur, *primo*, *ἀντὶ, ἀπὸ, ἐκ* vel *ἐξ*, et *πρὸ*, quæ cum Genitivo solo construuntur; *secundo*, *ἐν* et *σὺν*, quæ cum Dativo solo construuntur; *tertio*, *ἀνὰ* et *εἰς*, vel *ἐς*, quæ cum Accusativo solo construitur.

(*a.*) Ἀντὶ, ἀπὸ, ἐκ vel ἐξ, et πρὸ cum Genitivo solo construuntur.

### Ἀντὶ.

§ 182. Præpositio *ἀντὶ* significat i. q. *pro*, vel *vice*, *propter*, *instar*.

Pro; ut *χάρις ἀντὶ χάριτος ἐλθέτω*, *gratia pro gratiá veniat.* Eurip. Hel. 1234.

Vice; ut *χώρας λέλειπται μοῦνος ἀντὶ σοῦ φύλαξ*,
*solus relictus est tui loco hujus terræ custos.* Soph. Œd. Tyr. 1418.

Propter; ut *ἀνθ' ὧν ἱκνοῦμαι πρὸς θεῶν ὑμᾶς*,
*quapropter implorans per Deos obtestor vos.* Œd. Col. 275.

Instar; ut *ἀντί νυ πολλῶν*
*λαῶν ἐστιν ἀνὴρ, ὅντε Ζεὺς κῆρι φιλήσῃ*,
*is, quem Jupiter carum habet, est instar multarum copiarum.* Hom. Il. ix. 116.

Obs. Est ubi significat id quod *πρὸ*, *præ* vel *ante*; ut
*χλαῖναν πορφυρέην ἀντ' ὀφθαλμοῖϊν ἀνασχών*,
*chlamydem purpuream ante oculos obtendens.* Hom. Od. iv. 115.

Interdùm etiam obtestando inservit, velut *πρὸς*; ut
*οἵ σ' ἀντὶ παίδων τῶνδε καὶ ψυχῆς, πάτερ, ἱκετεύομεν*,
*qui te per hasce tuas filias et tuam vitam, pater, obtestamur.* Soph. Œd. Col. 1326.

In Compositis porrò significat *ex adverso*, vel *e regione*; deinde *quamlibet oppositionem* sive *repugnantiam*.

E regione; ut *ἀντίθυρον*, *locus e regione ostii.*

Oppositionem; ut *ἀντιλέγω contradico*, *ἀντιποιέομαι mihimet contra omnes vindico.*

### Ἀπὸ.

§ 183. Præpositio *ἀπὸ* (Poet. *ἀπαὶ*) significat i. q. *a*, *ab*;

et propriè locum habet, ubi *origo, progressio, distantia* vel *intervallum loci* aut *temporis, occasio* et *opportunitas*, vel etiam *causa rei faciendæ* indicantur.

a, ab; ut

οἱ ἀπὸ Σπάρτης, *Spartani. Conf.* Virgilianum illud, *Pastor ab Amphryso.*

ἀπ' ἀρχῆς μέχρι τέλους, *a principio usque ad finem.*

ἡ θάλασσα ἀπέχει ὡς τέσσερα στάδια ἀπὸ λίμνης, *abest mare a lacu quatuor stadia.* Herod. iv. 195.

ἀπὸ παίδων, *statim a pueritiâ.* ἀφ' οὗ (sc. χρόνου), *ex quo.*

ἀπὸ τετάρτης ἡμέρας, *dies abhinc quatuor.* Act. x. 19.

τὰ αὐτὰ ἀπ' ἐλασσόνων ἔπραξε, *eadem minore sumptu fecit.* Thuc. viii. 87.

ζώουσι ἀπὸ θήρης, *venatione vitam sustentant.* Herod. iv. 22.

ζήτησις μεγάλη ἀπὸ σφέων ἐγένετο τῶν γυναικῶν τουτέων, (ubi ἀπὸ idem ferè valet quod ὑπὸ) *magna cura ab illis adhibita fuit ad investigandas mulieres.* Herod. ii. 54.

Hinc profecti sunt usus paulò remotiores; e. g.

κάκιστ' ἀπ' ἔργων εὐκλεεστάτων φθίνει,
*miserrimè ob res gestas nobilissimas perit.* Soph. Antig. 695.

ἐπεὶ δὲ ἀπὸ δείπνου ἦσαν, *postquam verò cœnandi finem fecerunt.* Herod. i. 126.

ἀπὸ δ' αὐτοῦ (sc. δείπνου) θωρήσσοντο, *absolutâ verò cœnâ sese armaverunt.* Hom. Il. viii. 54. *Conf.* Cœl. ap. Cic. Ep. Fam. viii. iv. 1. *a repulsâ,* h. e. *post repulsam.*

οὐκ ἀπὸ γνώμης λέγεις, *non secus ac sentio dicis.* Soph. Trach. 389.

Obs. 1. Præpositio ἀπὸ additur Nominibus ita ut hujusmodi formulæ vim Adverbiorum habeant, ut ἀπὸ σπουδῆς, i. q. σπουδαίως, *seriò.* Sic

| | |
|---|---|
| ἀπὸ τοῦ προφανοῦς *palam* | ἀπὸ τοῦ ἀδοκήτου *inopinato* |
| ἀπὸ μνήμης, ἀπὸ στόματος } *memoriter* | ἀπὸ ταυτομάτου, ἀπὸ τύχης } *fortuito* |
| ἀπὸ γλώσσης *vivâ voce* | ἀπὸ ξυνθήματος *composito* |
| ἀπὸ τοῦ παραχρῆμα *ex tempore* | ἀπὸ σμικροῦ *parvi* (sc. pretii). |

Obs. 2. Præpositio ἀπὸ interdùm redundat; ut ἀπὸ κρῆθεν, *a capite.* Hes. Clyp. Her. 7.

Interdùm deest; ut τᾶς πολυχρύσου Πυθῶνος ἀγλαὰς ἔβας Θήβας, *opulentis a Delphis nobiles adiisti Thebas.* Soph. Œd. Tyr. 152.

In Compositis porrò significat quid *abundanter, perfectè, absolutè* facere, atque adeo *cessationem*, vel etiam *negationem* rei.

Abundanter; ut ἀποδείκνυμι *demonstro;* ἀποθαυμάζω *demiror*, h. e. *valde miror.*

Absolutè; ut ἀποτετελεσμένος *omnibus numeris absolutus;* ἀπέχουσι μισθὸν *omnem mercedem habent.*

Cessationem; ut ἀπογίνεσθαι *denasci*, h. e. *mori;* ἀποστράτηγος *expraetor.*

Negationem; ut ἀπόφημι *nego;* ἀπειπεῖν ὁμιλίαν *renuntiare consuetudinem*, sed ἀπειπεῖν ἄλγει *præ luctu deficere;* ἀπαρέσκω *displiceo.*

## Ἐκ.

§ 184. Præpositio ἐκ, ante vocalem ἐξ, significat i. q. *e, ex*, et propriè locum habet *ubi motus ex interiore* indicatur; sed plerumque simpliciter tantum idem ferè valet quod ἀπὸ. *Vide suprà*, § 183.

E, ex; ut ἐξ ἀειρύτου χοὰς κρήνης ἐνέγκου,

*e jugi fonte fer libamina.* Soph. Œd. Col. 470.

ἐκ βροτῶν βαίην ἄφαντος, *ex mortalibus evanescam.* Soph. Œd. Tyr. 831.

οὐκ ἐκ ξύλων ποιεῦνται τὰ πλοῖα, ἀλλ' ἐκ διφθερέων, *non e ligno faciunt navigia sua sed ex pellibus.* Herod. i. 194.

ἐξ ὅτου νέας τροφῆς ἔληξε, *ex quo* (sc. tempore) *pueritiam egressa est.* Soph. Œd. Tyr. 346. *Conf.* ἀπὸ.

ἕκτος ἐξ Αἰτωλίας (i. q. Αἰτωλὸς), *sextus erat Ætolus.* Soph. Elect. 704. *Conf.* ἀπὸ.

φιάλας ἐκ τῶν ζωστήρων φορέουσι Σκύθαι, *Scythæ gestant phialas ex cingulis suspensas.* Herod. iv. 10.

καθήμεθ' ἄκρων ἐκ πάγων ὑπήνεμοι,

*consedimus prope a summis tumulis vento non expositi.* Antig. 411.

καὶ γάρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν,

*etenim somnium quoque ex Jove est.* Hom. Il. i. 63.

ἐκ τοῦ κατ' ἄστυ βασιλέως τάδ' ἄρχεται (ubi ἐκ idem ferè valet quod ὑπὸ, qui usus apud ceteros auctores infrequentior Herodoto admodum familiaris est),

*hæc loca a rege, qui urbi præest, gubernantur.* Soph. Œd. Col. 67. *Conf.* ἀπὸ.

ὡς ἐκ τῆς θυσίης ἐγένετο, *postquam sacrificandi finem fecit.* Herod. i. 50. *Vide* ἀπὸ.

τυφλὸς . . . ἐκ δεδορκότος, *nunc cæcus cum antea vidisset.* Soph. Œd. Tyr. 454.

Obs. 1. Præpositio ἐκ additur Nominibus ita ut hujusmodi formulæ vim Adverbiorum habeant; ut ἐκ βίας i. q. *βιαίως violentè.* *Vide* ἀπὸ *suprà,* § 183. *Obs.* 1. Sic

| | |
|---|---|
| ἐκ τοῦ ἐμφανοῦς *palam* | ἐξ ἑτοίμου *promptè* |
| ἐξ ἀπροσδοκήτου *inopinatò* | ἐκ βραχέος *brevi* |
| ἐκ πρώτου, δευτέρου, κ.τ.λ. *primò, iterum* | ἐκ ταυτομάτου *fortuitò* |
| ἐξ ἴσου *æqualiter* | ἐκ τῆς ἰθείης *rectâ* } Herod. |
| ἐκ παρασκευῆς *compositò* | ἐξ ὑστέρης *postea* } Herod. |
| ἐκ περιουσίας *superabundanter* | ἐκ νέης *denuò* } Herod. |
| | ἐξ ἱκανῆς *satis.* |

Obs. 2. Præpositio ἐκ interdùm abundat; ut ἐξ οὐρανόθεν, *e cælo.* Hom. Il. viii. 19.

In Compositis porrò significat *eminentiam* quandam et *perfectionem* sive *successum.*

Eminentiam; ut ἐκπρεπὴς *præ cæteris conspicuus.*

Perfectionem; ut ἐξαιτέομαι *impetro,* h. e. *precando consequor.*

## Πρὸ.

§ 185. Præpositio πρὸ significat i. q. *ante, præ, vice* vel *in gratiam alicujus.*

Ante (de tempore); ut ταῦτα πρὸ τῆς Πεισιστράτου ἡλικίης ἐγένετο, *hæc ante Pisistrati ætatem evenerunt.* Herod. v. 71.

Ante (de loco); ut πρὸ θυρῶν *ante fores.* Arist. Vesp. 273.

Præ; ut οὐδεὶς - - οὕτω ἀνόητός ἐστι ὅστις πόλεμον πρὸ εἰρήνης αἱρέεται, *nemo ita amens est ut bellum præferat paci.* Herod. i. 87.

Vice (i. q. ἀντὶ); ut ἥτις ἤθελε θανεῖν πρὸ κείνου, *quæ volebat pro eo,* sive *ejus vice, mori.* Eur. Alcest. 17. *Conf.* ibid. 434.

In gratiam vel commodum (i. q. ὑπὲρ); ut οὐκ ἐτολμήσας

*θανεῖν τοῦ σοῦ πρὸ παιδός, non ausus es mori tuo pro filio.* Eur. Alc. 644. *Conf.* ibid. 701.

In Compositis porrò significat quid *palam agere*, vel *vulgare*; ut *προιέναι in publicum prodire, προκηρύττω publicè denuntio.*

(*b.*) Ἐν et σὺν cum Dativo solo construuntur.

## Ἐν.

§ 186. Præpositio *ἐν* significat i. q. *in, inter, penes.*

In (de loco); ut *ἐν ἀγορᾷ in foro, ἐν* Πλαταιαῖς *Platæis.*

In (de tempore); ut *ἐν τῷ νῦν χρόνῳ præsenti tempore. Conf. suprà,* § 131. a. *Obs.* 1.

Ponitur etiam Græcè præpositio *ἐν* ubi Latinè *in* rariùs habet, imprimis de *indumentis* vel *instrumentis*; ut

*ὁ δ' εἰσῄει - - ἐν τῇ* Περσικῇ *στολῇ, ille verò intravit Persicâ veste indutus.* Xen. Cyr. ii. iv. 4.

*ἐν πέλταις διαγωνίζονται, clypeis armati pugnant.* Xen. Mem. iii. ix. 2.

Inter, vel Apud vel Coram; ut *ἧστο ἐν μνηστῆρσι, sedebat inter procos.* Hom. Od. i. 114.

*ἐν τοῖς* Μήδοις *ταῦτα ἐγένετο, hæc apud Medos,* h. e. *in Mediâ, evenerunt.* Xen. Cyr. iv. 25.

*ἐν τοσούτοις ἀνδράσιν, coram tantis viris.* Arist. Plut. 1061.

Penes; ut *ἐν σοὶ νῦν ἐστι - - καταδουλῶσαι* Ἀθήνας, *penes te est Athenas ad servitutem redigere.* Herod. vi. 109.

*ἐν σοὶ γάρ ἐσμεν, in te enim posita est omnis spes nostra.* Œd. Tyr. 314.

Obs. 1. Notabilis locutio est *ἐν ἑαυτῷ* (vel *ἑαυτοῦ*) *γίγνεσθαι, sui compotem esse;* ut *ἀλλὰ νῦν ἔτ' ἐν σαυτῷ γενοῦ.* Soph. Phil. 950.

Obs. 2. Etiam hæc Præpositio locutionibus adverbialibus inservit; ut *ἐν τάχει,* i. e. *ταχέως, celeriter.* Sic

| | |
|---|---|
| *ἐν ἡσύχῳ quietè* | *ἐν δίκῃ justè* |
| *ἐν τούτῳ* / *ἐν μέσῳ* } *intereà* | *ἐν μέρει vicissim* |
| | *ἐν κεφαλαίῳ summatim* |
| *ἐν ὥρῃ* (Herod.) *tempestivè* | *ἐν καιρῷ opportunè.* |

Quibus adde formulas ejusmodi, ubi Præpositio cum casu suo pro simplici Nomine accipiatur; ut *ἐν ἴσῳ, ἐν ὁμοίῳ par, simile esse; ἐν*

*εὐμαρεῖ facile, ἐν ἡδονῇ jucundum, ἐν νόσῳ, æger; ἐν ἐλαφρῷ ποιεῖσθαι, parvi pendere; ἐν αἰσχύναις ἔχω* (pro *αἰσχυντικῶς*) *pudibundus sum.*

In Compositis porrò nonnullis *minuendi* vim habet; ut *ἐνδιδόναι remittere.*

## Σὺν.

§ 187. Præpositio *σὺν* (Atticè *ξὺν*) significat i. q. *cum;* ut *σὺν στρατῷ, cum exercitu.*

Ponitur etiam ubi Latina præpositio locum non habet, imprimis ubi *consensus, favor, auxilium* indicatur; ut *σὺν νόμῳ, consentiente lege,* seu *secundùm legem, σὺν Θεῷ, Deo juvante.*

Obs. 1. Etiam hæc Præpositio nonnullas genuit formulas, quæ adverbialiter accipiendæ sunt; ut *σὺν τάχει celeriter.* Sic

| | |
|---|---|
| *σὺν νόμῳ legitimè* | *σὺν χρόνῳ tandem.* |

Obs. 2. Præpositio *σὺν* aliquando deest. *Conf. suprà,* § 137.

In Compositis porrò nonnullis *augendi* vim habet; ut *συντεταμένως, enixè,* sc. *conjunctis viribus.*

(*c.*) Ἀνὰ et εἰς vel ἐς, raro ὡς, cum Accusativo solo construuntur.

Obs. De *ἀνὰ* etiam cum Dativo apud Poëtas constructâ, *vide infrà,* § 188. *Obs.* 2.

## Ἀνὰ.

§ 188. Præpositio *ἀνὰ* significat i. q. *per,* de loco, vel propriè *sursum per, passim per, inter.*

Per (de loco); ut *ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα, per Græciam.*

*ἀνὰ τὸν ποταμὸν πλέειν, adverso flumine navigare.* Herod. i. 194.

*ἐσκεδάσθησαν ἀνὰ τὰς πόλιας, passim per urbes dispersi sunt.* Herod. v. 102.

Inter; ut *ἀνὰ τοὺς πρώτους ἔσαν, inter primos erant.* Herod. ix. 86

In numeris *distributivam vim* habet; ut

*ἀνὰ πέντε παρασάγγας τῆς ἡμέρας, in quinos parasangas diem.* Xen. Anab. iv. vi. 4.

*ἀνὰ πᾶσαν ἡμέραν, quotidie.* Xen. Cyr. i. ii. 8.

ἀνὰ πᾶν ἔτος vel πάντα ἔτεα, *quotannis.* Herod. i. 136. viii. 65.

Indicat etiam *intervallum* temporis; ut

ἀνὰ χρόνον, *interjecto tempore.* Herod. i. 173.

Obs. 1. Etiam hæc Præpositio interdùm Nominibus ita jungitur, ut adverbialiter reddi possit; ut ἀνὰ κράτος, *vehementer*, sive *totis viribus*, ἀνὰ μέρος, *alternatim*, sive *per partes.*

Obs. 2. Apud Ionicos et Doricos Poëtas Præpositio ἀνὰ cum Dativo quoque construitur, et significat i. q. *super* vel *cum;* ut

εὕδει δ' ἀνὰ σκαπτῷ Διὸς αἰετὸς,
*dormit vero in sceptrum Jovis aquila.* Pind. Pyth. i. 10.

In Compositis porrò significat i. q. *sursum, re —, retro* vel *retrorsum.*

Sursum; ut ἀνέχειν τὰς χεῖρας, *attollere manus*, ἀναβοάω, *elatâ voce clamo.*

Re —; ut ἀναβλέπω, *visum recipio*, ἀνατίθεμαι, *retracto*, inde *corrigo*, ἀναβάλλω, *rejicio* sive *differo.*

Retrorsum; ut ἀναχωρέω, *retrorsum cedo.*

## Εἰς.

§ 189. Præpositio εἰς, vel ἐς significat i. q. *in* cum Accusativo constructa (*into*), *ad* vel *usque ad*, de loco et tempore, *ad*, de fine, *quod attinet ad*, inde *ob* vel *propter, erga*, et in numeralibus *circiter.*

In; ut ἐμβαλοῦ μ' εἰς ἀντλίαν, *injice me in sentinam.* Soph. Phil. 481.

Ad (de loco); ut εἰς Τροίαν μολεῖν, *ad Trojam venire.* Ib. 112. εἰς τοῦτο συμφορᾶς προκεχωρήκαμεν, *eò usque calamitatis processimus.* Thuc. iii. 57.

Ad et Sub (de tempore); ut ἔτι καὶ ἐς τόδε, *ad hoc usque tempus.* Herod. vii. 123.

εἰς ἥλιον καταδύντα, *sub solis occasum.* Hom. Od. iii. 138.

Ad (de fine); ut ἐς χλαῖναν . . πόκον . . δωρήσομαι, *ad* vel *in lanam* (sc. faciendam) *vellus dabo.* Theoc. v. 98.

Quod attinet ad; ut κάμηλοι ἵππων οὐκ ἥσσονες ἐς ταχύτητά εἰσι, *cameli equis, quod ad celeritatem attinet, non inferiores sunt.* Herod. iii. 102.

Ob vel Propter; ut εἰς τί μ' ἱστορεῖς τόδε; *quamobrem hoc me interrogas?* Eur. Phœn. 642.

Erga, in; ut τῇ ὀργῇ χαλεπῇ ἐχρῆτο ἐς πάντας, *iracundiâ gravi in omnes utebatur.* Thuc. i. 130.

*ὑπέρκοπον μηδέν ποτ' εἴπῃς αὐτὸς εἰς Θεοὺς ἔπος,*
*cave ne quid unquam superbè in* vel *adversùs Deos dicas.* Soph. Aj. 128.

Circiter; ut εἰς δισχιλίους, *circiter duo mille.*

Obs. 1. Etiam hæc Præpositio inservit Periphrasi, et cum Nomine suo quandoque adverbialiter redditur; ut εἰς καιρὸν, *opportunè.* Sic

| | |
|---|---|
| εἰς κενὸν *frustrà* | εἰς τὸ ἀκριβέστατον *accuratissimè* |
| εἰς δέον *rectè* | ἐς τὸ παραχρῆμα *statim* |
| εἰς ἅπαντα *omninò* | εἰς εὐτέλειαν *viliter* |
| ἐς τὰ πρῶτα *imprimis* | εἰς ἀφθονίαν *copiosè.* |

Obs. 2. Si quando Præpositio εἰς Genitivo præponitur, subauditur Accusativus alterius Nominis, scilicet οἶκον, ἱερὸν, vel tale aliquid; ut εἰς Ἅιδου (sc. οἶκον) *in Plutonis domum,* εἰς Ἀσκληπιοῦ (sc. ἱερὸν) *in Æsculapii templum.*

Obs. 3. Interdùm pro εἰς legitur altera forma ὡς, sed ibi tantùm ubi *motus* imprimis *ad personas* significatur; ut ἔπεμπον πρέσβεις ὡς τοὺς Ἀθηναίους, *miserunt legatos ad Athenienses.* Thuc. v. 44. ὡς τὸν Δί' ἐς τὸν οὐρανόν, *ad Jovem in cœlum.* Aristoph. Pac. 104. *Vide* Herm. ad Soph. Trach. 365.

## *PRÆPOSITIONUM SECUNDA CLASSIS.*

In secundâ Præpositionum classe continentur διὰ, κατὰ, ὑπὲρ et μετὰ, quæ cum binis casibus, Genitivo scilicet et Accusativo, construuntur.

Obs. De μετὰ etiam cum Dativo apud Poëtas constructâ, *vide infrà,* § 193. *Obs.* 2.

### Διὰ.

§ 190. (*a.*) Præpositio διὰ (Poëticè διαὶ), cum Genitivo constructa significat i. q. *per,* de causâ *efficiente* vel *instrumentali,* de loco, de tempore, *inter* vel *in.*

Per (de causâ efficiente—*by means of*); ut αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ πάντ' ἐποίει, *ipse per se,* h. e. *suâ unius operâ, omnia faciebat.* Isæ.

Per (de spatio loci transeundo); ut *ὑπάξας διὰ θυρῶν, elapsus per fores.* Soph. Aj. 301.

Per (de tempore continuo, sive duratione); ut *δι' ἡμέρης*, i. q. *δι' ὅλης τῆς ἡμέρης, per totum diem.* Herod. i. 27.

Per (de temporis intervallo); ut *διὰ τρίτου ἔτεος, tertio quoque anno.* Herod. ii. 4.

*διὰ μακροῦ χρόνου, post longum tempus.* Æsch. Pers. 741.

Inter vel in; ut *φλέγει λαμπὰς διὰ χερῶν, lampas fulget inter manus,* vel *in manibus.* Æsch. Sept. 433.

Obs. 1. Præpositio *διὰ* cum Genitivis Nominum Substantivorum Verbisque constructa, imprimis cum verbis *ἰέναι, ἔρχεσθαι, εἶναι, γίγνεσθαι, ἔχειν, λαμβάνειν*, inservit Periphrasi ita ut Nomen additum ferè positum sit pro Verbo cujus significationem cognatam habeat; ut *διὰ πόθου ἐλθεῖν*, i. q. *ποθεῖν desiderare*, Eur. Phœn. 385; *δι' ἡσυχίης εἶναι*, i. q. *ἡσυχάζειν, quietum esse.* Herod. i. 206.

Obs. 2. Apud *Herodotum* Præpositio *διὰ* cum Genitivo constructa porrò *eminentiam* significat; ut *διὰ πάντων ἄξια θαυμάσαι, præ omnibus digna admiratione.* Herod. viii. 37.

Obs. 3. Etiam hæc Præpositio cum Nomine suo interdùm adverbiascit; ut *διὰ τάχους celeriter.* Sic

| | |
|---|---|
| *διὰ κενῆς temerè* | *δι' ὀργῆς iracundè* |
| *διὰ μέσου intereà* | *διὰ τέλους perpetuò.* |

(*b.*) Præpositio *διὰ* cum Accusativo constructa significat i. q. *per* vel *propter*, de causâ meritoriâ, rarius de loco.

Per (de causâ meritoriâ—*on account of*); ut *ἔχω γὰρ ἅχω διὰ σὲ, habeo quæ habeo per te,* h. e. *tuo beneficio.* Soph. Œd. Col. 1129.

Per (de loco); ut *διὰ πόντον, per mare.* Pind. Isth. iv. 10.

Obs. Cæterum *διὰ* non rarò cum Accusativo construitur, etiam tum, cum *causam efficientem* vel *impellentem* indicat; ut *Δί' ἐννέπετε . . . ὅντε διὰ βροτοὶ ἄνδρες ὁμῶς ἄφατοί τε φατοί τε, Jovem celebrate, per quem mortales homines* sunt *pariter obscurique clarique.* Hes. Op. i. 3.

In Compositis porrò significat i. q. *dis —, trans, valdè, penitus.*

Dis; ut *διαγινώσκω dignosco, διατέμνω disseco.*

Trans; ut *διαβάλλω trajicio.*

Valdè; ut *διϊσχυρίζομαι valdè* vel *obnixè contendo.*

Penitus; ut *διαπράττω rem totam facio, διαχράομαι conficio, interficio, perdo.*

## Κατὰ.

§ 191. (*a.*) Præpositio κατὰ cum Genitivo constructa significat i. q. *de* vel potiùs *deorsum a* in loco, rarius *de* vel *super* (i. q. περὶ) in re, *contra, sub.*

De, deorsum per (in loco—*adown*); ut

βῆ δὲ κατ' Οὐλύμποιο καρήνων ἀΐξασα,

*ivitque deorsum ab Olympi verticibus concitato motu.* Hom. Il. ii. 167.

De vel super (in re—i. q. περὶ); ut ταῦτα κατὰ πάντων Περσῶν ἔχομεν λέγειν, *hæc de omnibus Persis dicenda habemus.* Xen. Cyr. i. ii. 16.

Contra (de re *infenso animo,* et *nocendi causâ* susceptâ); ut κατά τινος εἰπεῖν, *contra aliquem dicere.*

Sub (sæpiùs cum significatione *motûs deorsum* instituti); ut

προὖπτον ἐς Ἅιδαν στείχω κατὰ γᾶς,

*vado manifestam ad mortem sub terram.* Eur. Hipp. 1366.

οἱ κατὰ χθονὸς Θεοὶ, *Dii qui sub terrâ sunt,* h. e. *Inferi.* Eur. Alcest. 75.—κατὰ νώτου est *a tergo.* Herod. i. 9.

Obs. In formulis precandi, vel vovendi κατὰ cum Genitivo ita ponitur ut *votum* significet; ut τῇ δ' Ἀγροτέρᾳ κατὰ χιλίων παρήνεσα εὐχὴν ποιήσασθαι χιμάρων, *auctor fui ut Dianæ mille capellæ voverentur.* Arist. Eq. 660.

(*b.*) Præpositio κατὰ cum Accusativo constructa significat i. q. *per* vel *in* de loco et tempore, *e regione, secundùm, quod attinet ad, ob* vel *propter,* et in numeralibus *circiter.*

Per (de loco—propriè cum significatione motûs *deorsum* facti); ut κατὰ ῥόον *secundo flumine.* Hom. κατ' ἄστυ *per urbem.* Eur. Alc. 430. κατ' ἴχνος *sequens vestigia.* Soph. Aj. 32.

Et, contracto sensu, simpliciter *in* loco, vel *apud, circa, juxta* locum; ut κατ' οἶκον *domi.*—Sed κατὰ γῆν *sub terrâ.*

Etiam interdùm significat i. q. *adversùs* (de loco), *e regione;* ut κατὰ μὲν Λακεδαιμονίους ἔστησε Πέρσας, i. q. ἀντίον Λακεδαιμονίων, *adversùs Lacedæmonios collocavit Persas.* Herod. ix. 31.

Per (de temporis duratione); ut κατ' εὐφρόνην *per noctem,* et contractiori sensu simpliciter *noctu;* ut κατὰ τὸν κατὰ

Κροῖσον χρόνον, *Crœsi ætate.* Herod. i. 67. *Conf.* ibid. 91. οἱ καθ' ἑαυτὸν *æquales.* Thuc. i. 127. κατὰ φῶς, *cum adhuc luceret.* Xen. Cyr. iii. iii. 13.

Secundùm; ut κατ' ὀμφὰς τὰς Ἀπόλλωνος, *secundùm vaticinia Apollinis.* Soph. Œd. Col. 102. κατὰ νόμον, *ex more.* Herod. vii. 41. κατ' ἀξίαν, *pro dignitate,* κατὰ δύναμιν, *pro viribus,* κηδεῦσαι καθ' ἑαυτὸν, *parem sibi conjugem conjungere.* Æsch. Prom. 890. οὐ κατ' ἄνθρωπον φρονῶν, *non, ut hominem decet, sentiens.* Soph. Aj. 777. τὸ κατ' ὑμέας, *quantum in vobis est.* Herod. v. 109.

Hoc ferè sensu comparationibus inservit; ut

τί γὰρ τὸ μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον νοσεῖς;
*quonam enim graviori quàm pro humaná sorte, laboras malo?* Soph. Œd. Col. 598.

Quod attinet ad; ut κατὰ τὸν Μασίστεω θάνατον τοσαῦτα ἐγένετο, *quod attinet ad Masistis mortem talia evenerunt.* Herod. ix. 113.

Hinc *separandi,* atque adeò *partiendi* sive *distribuendi* vim asciscit; ut καθ' ἑαυτὸν, *seorsim, solus;* κατ' ἄνδρα, *viritim;* κατ' ἐνιαυτὸν, *singulis annis.* Herod. ii. 109. κατὰ κώμας, *per pagos.* Id. i. 96.

Ob, Propter; ut οἱ Φωκέες οὐκ ἐμήδιζον κατ' ἄλλο μὲν οὐδὲν, κατὰ δὲ τὸ ἔχθος τὸ Θεσσαλῶν, *Phocenses Medorum partibus non favebant ullam aliam ob causam, quam propter Thessalorum odium.* Herod. viii. 30.

Circiter; ut ἀπέθανον τῶν βαρβάρων κατὰ ἑξακισχιλίους, *occisi sunt Barbarorum circiter sex millia.* Herod. vi. 117.

Obs. Ponitur etiam κατὰ cum Nomine suo interdùm adverbialiter; ut καθ' ἡσυχίαν *otiosè.* Sic

κατὰ μοῖραν *rectè*
κατὰ καιρὸν *opportunè*
κατὰ μικρὸν *paulatim*
κατὰ τύχην *fortè*
κατὰ κόσμον *rectè*
κατὰ μέρος *vicissim*
κατὰ στόμα *coram*

κατὰ τὸ καρτερὸν *summis viribus*
κατὰ κράτος *vehementer*
κατὰ τὸ ἰσχυρὸν *vi et armis*
κατὰ συντυχίην *casu.* Herod.
κατ' ἐξαίρετον *imprimis.* Id.
κατὰ πόδα *illicò*
κατ' ἀρχὰς *initio.*

Est ubi Nomen solum ponitur, subauditâ Præpositione; ut καιρὸν *op-*

*portunè.* Pind. Pyth. i. 157. *μᾶκος procul.* Id. Ol. x. 86. *τέλος tandem.* Xen. Mem. ii. vii. 12. *Conf. suprà*, § 173.

In Compositis porrò simplicis Verbi significationem intendit; ut *καταπράττω perficio, καθοράω clarè video, κατακαίω comburo, καταλιθόω saxis obruo.*

Inde significat ita agere ut *penes* nos sit id in quo versabamur; ut *κατεργάζομαι acquiro.* Interdùm etiam *consumere, perdere;* ut *κατακυβεύω aleâ perdo.*

Obs. In formulis quæ ad exsilium spectant *κατὰ* in compositis idem significat quod Latinè *re—;* ut *κατάγειν exsulem reducere, κάθοδος reditus, κατιέναι redire, κ.τ.λ.*

## Ὑπὲρ.

§ 192. (*a.*) Præpositio *ὑπὲρ* cum Genitivo constructa significat i. q. *super* vel *supra, pro, de*, et rariùs *propter.*

Supra; ut *πῶς οὖν ὑπὲρ γῆς ἐστι κοὐ χθονὸς κάτω; quomodo igitur supra terram est et non subter humum?* Eur. Alc. 45.

Pro (cum significatione *commodi*); ut *μὴ θνῆσκ' ὑπὲρ τοῦδ' ἀνδρὸς, οὐδ' ἐγὼ πρὸ σοῦ, neque tu morere pro me, neque ego moriar tui causâ.* Eur. Alc. 701.

De (i. q. *περὶ*); ut *τὰ λεγόμενα ὑπὲρ ἑκάστων, quæ de quâque re memorantur.* Herod. ii. 123.

Propter; ut *βραδυτῆτος ὕπερ, propter tarditatem.* Soph. Ant. 932.

(*b.*) Præpositio *ὑπὲρ* cum Accusativo constructa significat i. q. *supra* vel *ultra*, plerumque de rebus modum excedentibus.

Ultra (de loco); ut *Παρνησίαν ὑπὲρ κλιτὺν, Parnassium ultra clivum.* Soph. Antig. 1131.

Ultra (de eo quod *excedit*); ut *ὑπὲρ ἐλπίδα, ultra spem.* Ibid. 366. *ἔπεσον ὑπὲρ τεσσεράκοντα ἄνδρας, ceciderunt plusquam quadraginta homines.* Herod. v. 64. *ὑπὲρ μόρον, præter fatum.* Hom. Od. i. 34. *ὑπὲρ ὅρκια, contra fœdus.* Id. Il. iv. 67. *ὑπὲρ Θεὸν, invito Deo.* Ibid. xvii. 327.

Ante (de tempore); ut *ὑπὲρ τὰ Μηδικὰ, ante Persicum bellum.* Thuc. i. 41.

In Compositis ferè significat i. q. *per-* vel *præ-* hoc est, *majus quid* aut *valdius*, atque adeo *abundantiam, eminentiam, præstantiam* indicat; ut *ὑπερμεγέθης permagnus, ὑπερμήκης prælongus, ὑπερήδομαι vehementer lætor, ὑπερβάλλω excello.*

## Μετὰ.

§ 193. (*a.*) Præpositio *μετὰ* cum Genitivo constructa significat i. q. *cum* de quâlibet ferè *societate* vel *conjunctione*, inde *ope, juxta.*

Cum; ut *μετὰ νεκρῶν κείσομαι, mortua cum mortuis jacebo.* Eur. Hec. 209. *μετὰ κινδύνων τὰς μελετὰς ποιεῖσθαι, cum periculis,* h. e. *mediis in periculis exercitationes facere.* Thuc. i. 18. *μετά τινος εἶναι, πολεμεῖν, a partibus alicujus stare, pugnare.* Thuc.

Ope vel auxilio; ut Θεῶν μέτα (i. q. σὺν Θεοῖς), *ope divinâ.* Soph. Aj. 950.

Juxta; ut *μετὰ τῶν νόμων, juxta leges.* Demosth. Lept. § 90. p. 490, 13.

Obs. Interdùm cum Nomine suo ita ponitur ut adverbii vice fungatur; ut *μετὰ παρρησίας liberè, μετ' ἀληθείας verè.*

(*b.*) Præpositio *μετὰ* cum Accusativo constructa significat *a tergo sequi*, atque adeò *petitum ire*, hinc i. q. *post*, cum de ordine vel loco, tum de tempore, et *secundùm.*

A tergo sequi; ut *ἀΐσσων ὥστ' αἰγυπιὸς μετὰ χῆνας, ruens tanquam vultur insequens anseres.* Hom. Il. xvii. 460.

Petitum ire; ut *τὸ χρύσειον ἔπλει μετὰ κῶας Ἰήσων, Jason navigavit ad arcessendum aureum vellus.* Theoc. xiii. 16.

Post (de ordine); ut *ποταμὸς μέγιστος μετὰ Ἴστρον, fluviorum maximus post Istrum*, h. e. *excepto Istro.* Herod. iv. 53.

Post (de tempore); ut *μετὰ Σόλωνα οἰχόμενον, post Solonis decessum.* Herod. i. 34.

Secundùm; ut *νόον μετὰ σὸν καὶ ἐμόν, secundùm tuam et meam voluntatem.* Hom. Il. xv. 52.

Obs. 1. Rariùs et vix extra Homerum significat i. q. *ad*, h. e. *motum ad, inter*, vel *apud*; ut Ζεὺς μετ' Αἰθιοπῆας χθιζὸς ἔβη κατὰ δαῖτα, *Jupiter ad Æthiopas heri epulandi causâ ivit.* Hom. Il. i. 423. *μετὰ πάντας ὁμήλικας ἔπλευ ἄριστος, inter omnes æquales eras optimus.* Ibid. ix. 54. *μεθ' ἡμέραν, interdiu.* Eur. Orest. 58. *μετὰ χεῖρας ἔχειν, apud manus*, sive *in manibus habere*, h. e. *occupatum esse in re aliquâ.* Herod. i. 14 et 16. Thuc. i. 138.

Obs. 2. Apud Poëtas, imprimis Epicos, etiam cum Dativo construitur et significat i. q. *cum* vel *inter*; ut *μετ' ἀθανάτοις, inter immortales.* Hom. *κισσύβιον μετὰ χερσὶν ἔχων, poculum in manibus tenens.* Hom.

Od. ix. 346. κραταιαῖς μετὰ χερσὶν, *non sine validâ manu.* Soph. Phil. 1110.

In Compositis porrò ferè *mutationem* significat, interdùm *communionem*, atque adeò *id quod inter duo intervenit.*

Mutationem; ut μεταγινώσκω *sententiam muto*, μεταβαίνω *decedo*; hinc mutationem retrò vel in pejus; ut μεθίημι *remitto, omitto, negligo.*

Communionem; ut μετέχω *particeps sum*, μεταδίδωμι *communico.*

Quod intervenit; ut μεθόρια, *confinia.* Thuc. iv. 91.

## *PRÆPOSITIONUM TERTIA CLASSIS.*

In tertiâ Præpositionum classe continentur ἀμφὶ, περὶ, ἐπὶ, παρὰ, πρὸς et ὑπὸ, quæ cum Genitivo, Dativo et Accusativo construuntur.—Ex his ἀμφὶ et περὶ, ut constructione, sic ferè significatione conveniunt.

### Ἀμφὶ.

§ 194. (*a.*) Præpositio ἀμφὶ (Poëticè ἀμφὶς, quæ forma semper post nomen ponitur), cum Genitivo constructa, significat i. q. *circa, de*, vel *quod attinet ad.*

Circa; ut ἀμφὶ πόλιος οἰκέουσι, *circa urbem habitant.* Herod. viii. 104.

De, quod attinet ad (i. q. περὶ); ut τοιάδ' ἀμφὶ σῆς λέγω παιδὸς θανούσης, *talia dico de filiæ tuæ morte.* Eur. Hec. 580. *Conf.* ibid. 72.

(*b.*) Præpositio ἀμφὶ cum Dativo constructa significat i. q. *circa, de* vel *propter*, vel *quod attinet ad.*

Circa; ut πέπλους ῥήγνυσιν ἀμφὶ σώματι, *vestes lacerat circa corpus.* Æsch. Pers. 199.

Obs. Hinc apud Poëtas interdùm significat ferè i. q. *juxta, in* vel *apud*: ut ἀμφὶ δίναις Εὐρίπου, *juxta* vel *apud Euripi vortices.* Eurip. Iph. Taur. 6. ἀμφὶ τραπέζαις κρέα διεδάσαντο, *in mensis partiti sunt* (i. e. upon the tables). Pind. Ol. i. 80.

De vel propter; ut τί δή ποτ', ὦ ξέν', ἀμφ' ἐμοὶ στένεις τάδε; *cur, quæso, hospes, meâ causâ ita ingemiscis?* Soph. Elect. 1180. φοβηθεὶς ἀμφὶ τῇ γυναικὶ, *de salute mulieris metuens.* Herod. vi. 62.

Quod attinet ad; ut ἀλλ' ἀμφὶ μὲν τούτοισιν εὖ σχήσει, *sed de his jam satis.* Soph. Aj. 684.

Hinc cum significatione causæ; ut ἀμφὶ φόβῳ, *præ metu.* Eur. Orest. 825. θέλγει φρένας ἀμφὶ Λατοίδα σοφίᾳ, *mulcet mentes per Apollinis artem.* Pind. Pyth. i. 12.

(*c.*) Præpositio ἀμφὶ cum Accusativo constructa significat *circa,* in tempore et numero *circiter, de* vel *super,* in negotiis *occupatum esse.*

Circa; ut ἀμφὶ ῥέεθρα, *circa* vel *propter flumina.* Hom. Il. ii. 461.—Hinc *ad* vel *apud,* ut ἱκέτις ἀμφὶ σὸν πίτνω γόνυ, *supplex ad tua genua cado.* Eur. Hel. 894.

Circiter (de tempore); ut ἀμφὶ Πλειάδων δύσιν, *circiter occasum Pleiadum.* Æsch. Ag. 826. ἀμφὶ δείλην, *sub vesperam.* Xen. Cyr. v. iv. 16. Circiter (de numero); ut ἦν ἀμφὶ τὰ τριάκοντα ἔτη, *erat annos circiter triginta natus.* Xen. Anab. ii. vi. 14.

De, super; ut ἀμφὶ Ἴλιον . . . ἄεισον ᾠδάν, *de Ilio dic carmen.* Eur. Troad. 511.

Occupatum esse in; ut πότ', εἰ μὴ νῦν, ἀμφὶ λιτὰς ἕξομεν; *quandò, nisi nunc, in precibus occupabimur?* Æsch. Sept. 102.

Obs. De locutione οἱ ἀμφί τινα, *vide infrà* § 195. (*c.*) *Obs.*

In Compositis porrò significat *in utroque latere, ab utráque parte;* ut ἀμφιλέγειν, *in utramque partem disputare.* Xen. Anab. i. v. 11.

## Περὶ.

§ 195. (*a.*) Præpositio περὶ (*Ion.* περὶξ) cum Genitivo constructa significat i. q. *de,* vel *quod attinet ad, pro* vel *propter,* rariùs *circa* (i. q. ἀμφὶ) de loco.

De; ut τί βούλει μανθάνειν; πότερα περὶ μέτρων, ἢ περὶ ἐπῶν; *Quid vis discere? Utrum de metris, an de versibus?* Arist. Nub. 636.

Quod attinet ad; ut ἀριθμοῦ πέρι, *quod ad numerum attinet.* Herod. ii. 102.

Pro (i. q. ὑπὲρ); ut θνήσκειν περί τινος, *pro aliquo mori.* Eur. Alcest. 178.—Sed περὶ ἔριδος μάχεσθαι, *præ rixâ pugnare.* Hom. Il. vii. 301.

Circa (de loco); ut τετάνυστο περὶ σπείους γλαφυροῖο ἡμερίς, *extensa erat circa speluncam cavam vitis.* Hom. Od. v. 68.

Obs. Apud Homerum Pindarumque etiam *dignitatem* vel *præstantiam* significat, ut ἐθέλει περὶ πάντων ἔμμεναι ἄλλων, *vult se esse omnibus aliis superiorem.* Hom. Il. i. 287.

Hinc locutiones passim obviæ apud recentiores ποιεῖσθαι vel ἡγεῖσθαι περὶ πολλοῦ, πλείονος, πλείστου, μικροῦ, ἐλάττονος, ἐλαχίστου, οὐδενὸς, κ.τ.λ., *æstimare magni, pluris, plurimi, parvi, minoris, minimi, nihili,* &c.

(*b.*) Præpositio περὶ cum Dativo constructa significat i. q. *circa,* hinc *in* vel *apud, de.*

Circa; ut στέφανον περὶ κρατὶ φυλάσσων, *coronam circa caput servans.* Theoc. vii. 64.

In; ut περὶ δουρὶ ἤσπαιρε, *incumbens in hastile palpitabat.* Hom. Il. xiii. 571. περὶ ἑαυτῷ σφάλλεσθαι, *in se offendere,* hoc est *suâ stultitiâ res male gerere.* Thuc. i. 69.

De (i. q. ἀμφὶ) post verba *timendi* et similia; ut ταρασσόμενος περὶ παιδί, *turbatus de puero* vel *propter puerum.* Theoc. xiii. 55. δεδιότες περὶ τῷ χωρίῳ, *metuentes ne locus caperetur.* Thuc. i. 60.

Obs. Adde *præ* et *pro* apud Poëtas; ut περὶ φόβῳ, *præ metu.* Æsch. Choëph. 33. περὶ ᾗ πατρίδι μαρνάμενος, *pro suâ patriâ pugnans.* Tyrt. I. 2.

(*c.*) Præpositio περὶ cum Accusativo constructa significat i. q. ἀμφὶ, *circa* (de loco), *numero,* et *tempore, de, erga* vel *quod attinet ad.*

Circa (de loco); ut θώραξ περὶ τὰ στέρνα, *thorax circa pectus.* Xen. Cyr. ii. 1. 6. Hinc *apud* locum vel alicubi *in* loco, ut περὶ Πιερίην διέτριβε ἡμέρας συχνὰς, *aliquammultos dies in Pieriâ est commoratus.* Herod. vii. 131.

Circa (de numero); ut περὶ μυρίους, *circa decem mille.*

Circa (de tempore); ut περὶ τούτους τοὺς χρόνους, *circa hæc tempora,* vel *hoc ferè tempore.*

De; ut περὶ σιτία λέγειν, *de frumento dicere.* Plat. Gorg. p. 490 E.

Erga, adversus; ut εὐσέβει περὶ ξένους, *pius esto erga hospites.* Eur. Alcest. 1148.

Quod attinet ad; ut αἱ περὶ σῶμα ἡδοναὶ, *voluptates corporis,* sive *quæ ad corpus attinent.*

Obs. Præpositiones ἀμφὶ et περὶ cum Accusativo, præcedente Articulo, inserviunt periphrasi; ut τὰ ἀμφὶ τὸν πόλεμον, i. e. τὰ πολεμικὰ, *res bellicæ*. Xen. Cyr. ii. 1. 8. οἱ περὶ τοὺς λόγους, *oratores*. Isocr. Et imprimis in personis, ita ut modò asseclæ, modò persona ipsa cum asseclis indicetur; ut οἱ ἀμφ' αὐτὸν ὑπηρέται, *adjutores ejus*. Xen. Cyr. v. iii. 19. οἱ περὶ 'Αρχίδαμον, *Archidami comites*. Id. Hist. Græc. vii. v. 12. οἱ ἀμφὶ Θράσυλον καὶ 'Ερασινίδην, *Thrasylus et Erasinides cum suis collegis*. Id. Mem. i. i. 18. οἱ περὶ τὸν Θρασύβουλον, *Thrasybulus ejusque milites*. Thuc. viii. 105. Etiam interdùm ita ut persona sola indicetur, sine asseclis, sed ferè tantum apud recentiores. *Vide* S. Johan. xi. 19.

In Compositis porrò significat i. q. *per—, admodum, valdè*—cum notione *abundantiæ* vel *excellentiæ*; ut περικαλλὴς *perpulcher*, περίλυπος *admodum tristis*; περιγίγνομαι *superior sum*; interdùm verò, h. e. cum verbis videndi juncta, *contemptûs* et *negligentiæ*; ut περιόπτεσθαι *negligere*.

## 'Επὶ.

§ 196. (*a*.) Præpositio ἐπὶ cum Genitivo constructa significat i. q. *super, in* (*on, upon*), de loco, *versus, in*, de tempore, de personis, *coram, super*, de potestate, curâ, munere; denique quibuslibet ferè nominibus præfigitur quæ notionem continent rei *suppositæ* vel *præcedentis*, quæque adeo *originem, causam, subsidium, materiam, cogitationis* sive *sermonis* indicant.

Super, In (de loco—*on, upon, at*); ut τὰ ἄχθεα οἱ μὲν ἄνδρες ἐπὶ τῶν κεφαλέων φορέουσι, αἱ δὲ γυναῖκες ἐπὶ τῶν ὤμων, *onera viri capitibus ferunt, mulieres humeris*. Herod. ii. 35. ξεῖνος ἐπὶ ξένης, *peregrinus peregrinâ in terrâ*. Soph. Œd. Col. 184. ἐπὶ τῶν θυρέων, *juxta* vel *ad fores*. Herod. v. 92. προσκεψάμενος ἐπὶ σεωϋτοῦ, *re diligenter tecum deliberatâ*. Herod. vii. 10. οἰκέωμεν ἐπ' ἡμέων αὐτῶν, *vivamus soli nobiscum, nostrisque rebus solis fidentes*. Herod. iv. 114. Huc pertinent locutiones τέταχθαι ἐφ' ἑνός, *singulis singulos subsequentibus*, ἐπὶ τεττάρων, *in quaternos*. Xen.

Versus (de motu ad locum); ut πλεῖν ἐπὶ Σάμου, *Samum versus navigare*. Thuc. i. 116.

In (de tempore); ut ἐπ' εἰρήνης, *in pace*. Hom. Il. ii. 797. ἐπὶ Κύρου βασιλεύοντος, *regnante Cyro*. Herod. ἐφ' ἡμῶν, *nostrâ memoriâ*.

Coram, imprimis juramenti testibus; ut ἐπωμόσαντο ἐπὶ τῶν στρατηγῶν, *juraverunt coram ducibus.* Demosth.

Super (de potestate, curâ, &c.); ut ἐπ' οὗ ἐτάχθημεν, *super quâ re constituti sumus,* h.e. *cui rei præfecti sumus.* Herod. v. 109.

Refertur variè ad rem quæ subest vel præcessit; ut εἶπον ἐπ' ὅρκου, *jurati* sive *juramento fulti dixerunt.* Herod. ix. 11.

Hinc refertur ad originem; ut ἐπὶ Λυδοῦ τοῦ Ἄτυος ἔσχον τὴν ἐπωνυμίην, *ex Lydo Atyos filio habuerunt cognomen.* Herod. vii. 74. ἐπ' ἐμοῦ, *exemplo meo.* Plat.

Causam; ut ἐπ' ὅτευ; *quare?* h.e. *quâ de causâ?* Herod. ἐπ' ἑωυτοῦ, *suâ sponte.* Id.

Subsidium; ut ἐπὶ προσπόλου μιᾶς, *unâ famulâ comitatus et adjutus.* Soph. Œd. Col. 746.

Materiam cogitationis vel sermonis; ut ὅπερ ἐπὶ τῶν δούλων ἐλέγομεν, *quod in servorum sorte considerandâ diximus.* Plat. Leg. p. 793 E.

(*b.*) Præpositio ἐπὶ cum Dativo constructa significat i.q. *super, in, apud* de loco, *in* de tempore, *post* de ordine, *penes, adversus, super* de imperio, denique *consilium, causam, pactum ex quo,* et *pretium propter quod* quid fit.

Super, in, apud (de loco); ut ἄγγος ἐπὶ τῇ κεφαλῇ ἔχουσα, *vas super caput habens.* Herod. v. 12. οἰκέοντες ἐπὶ Στρυμόνι, *habitantes in ripis Strymonis.* Herod. vii. 75. θεῶν ἐπὶ βωμοῖς, *super* vel *apud aras Deorum.* Eur. Alcest. 134.

In (de tempore); ut ἐπὶ νυκτὶ, *noctu.* Hom. Il. viii. 529.

Post (de ordine); ut ἀνέστη ἐπ' αὐτῷ, *post eum surrexit.* Xen. Cyr. ii. iii. 4.

Hinc de eo quod accedit; ut ἐσθίουσι ἐπὶ τῷ σίτῳ ὄψον, *edentes carnem ad panem adhibent.* Xen. Mem. iii. xiv. 2. ἐπὶ τούτοις, *præterea.* Xen. Cyr. iv. v. 38. *Conf.* Soph. Antig. 556.

Penes; ut τὸ ἐπὶ σοὶ *quod te penes est,* vel, cum significatione officii, *quod tuum est, quod tu potes, et debes facere.*

Adversùs; ut ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι, *adversùs Trojanos pugnare.* *Conf.* Eur. Phœn. 1379.

Super (de imperio); ut ἐπὶ τοῖς πράγμασιν εἶναι, *reipublicæ præesse.* Demosth.

Consilium vel finem; ut ἐπὶ θήρᾳ ἐξιέναι, *venatum exire.* Xen. Venat. vi. 5. et cum significatione incommodi; ut συνιστὰς τοὺς Ἀρκάδας ἐπὶ τῇ Σπάρτῃ, *Arcadas, eo ut Spartam aggrederentur, sollicitans.* Herod. vi. 74.

Causam; ut χαίρειν ἐπί τινι, *gaudere ob aliquid;* μέγα φρονεῖν ἐπί τινι, *superbire de aliquo.*

Pactum; ut ἐπ' ἐλευθερίᾳ, *eâ conditione ut liberi essent.* Xen. Cyr. vii. iv. 2. ἐπὶ τοῖσδε, *hâc conditione.* Eur. Alc. 375. Sic ἐφ' ᾧ vel ἐφ' ᾧτε, *eâ conditione ut.*

Pretium; ut ἐπὶ μόσχῳ ᾄδειν, *pro vitulo canere.* Arist. Acharn. 13.

(*c.*) Præpositio ἐπὶ cum Accusativo constructa significat i. q. *super, in* de loco, propriè cum motûs significatione, *versùs, ad, usque ad,* de loco et tempore, item de numeris, *penes* vel *quod attinet ad, ad,* ita ut *finem, consilium* indicet, inde *adversùs* et *secundùm.*

Super, in; ut ἀναβαίνειν ἐφ' ἵππον, *equum ascendere;* ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα, *jacebat super novem extentus jugera.* Hom. Od. xi. 577.

Versùs, ad; ut ὁρόων ἐπὶ οἴνοπα πόντον, *spectans ad nigrum pontum.* Hom. Il. i. 350. ἀπῆλθον ἐπὶ τὸ στρατόπεδον, *redibant ad exercitum.* Xen. Cyr. iii. ii. 1. ἐπὶ δεξιὰ, ἐπ' ἀριστερὰ, *dextrorsum, sinistrorsum.* Hom. Hinc τετάχθαι ἐπὶ πολλοὺς, i. q. ἐπὶ πολλῶν. *Conf. suprà.* (*a.*) De tempore. ἐπὶ χρόνον, *aliquamdiu.* ἐπὶ δύο ἡμέρας, *per biduum.* Thuc. ii. 35. ἐπ' ἐμὲ, *usque ad meam ætatem.* De numeris. ἐπὶ τριηκόσια, *ad* vel *circiter trecentum.* Herod. iv. 198.

Penes, vel quod attinet ad; ut τὸ ἐπί σε, *quantum in te est.* Eur. Hec. 514. Hinc ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ, *ut plurimum, generatim.*

Ad (de fine vel consilio); ut ἐπὶ τί; *quare? quorsum?* Arist. Nub. 256. ἐπὶ θήραν ἰέναι, *venatum ire.* Herod. i. 37. πρὸς σὲ ἦλθον ἐπ' ἀργύριον, *ad te veni ut pecuniam peterem.*

Adversùs (cum motûs significatione); ut στρατεύεσθαι ἐπὶ Λυδοὺς, *bellum gerere adversùs Lydos.* Herod. i. 71.

Secundùm; ut ἐπὶ στάθμην, *ad amussim.* Hom. Od. v. 245.

Obs. Præpositio ἐπὶ cum Nomine suo omnium casuum adverbiascit; ut ἐπ' ἀληθείας, *verè.* Demosth. ἐπ' ἀληθείᾳ. Æsch. Suppl. 628. ἐφ' ἑξῆς, *deinceps.* Xen. ἐπ' ἐλαφρῷ, *facile.* Theoc. ἐπίπαν, *omnino.* Thucyd. ἐπὶ πολὺ, *longè.* Xen. ἐπ' ἴσα, i. q. ἴσως, *æquè.* Pind. ἐπὶ πόδα, *pedetentim.* Xen.

In Compositis porrò significat *insuper*, ita ut *additamentum, accessionem* indicet; ut ἐπιγαμέω, *mortuâ uxore alteram duco.* Eur. Alcest. 316.

## Παρὰ.

§ 197. (*a.*) Præpositio παρὰ cum Genitivo constructa significat propriè *motum a latere,* hinc i. q. *a, ab, de.* Scilicet jungitur Genitivo eorum a quibus quocumque modo aliquid proficisci significatur, ita ut omnino *causam* et *originem* indicet.

A, ab; ut φάσγανον ἐρύσσατο παρὰ μηροῦ, *ensem strinxit a femore.* Hom. Il. i. 190.

ἀγγελίη ἥκει παρὰ βασιλῆος, *nuntius venit a rege.* Herod. viii. 140. οἱ παρ' ἡμῶν, *qui a nostrâ erant parte.* Eur. Phœn. 1189.

De; ut παρ' ἑωϋτοῦ διδόναι, *dare de suo.* Herod. viii. 5.

Obs. Apud Poëtas interdùm significat i. q. *apud, juxta;* ut τὰ πὰρ ποδὸς, *præsentia.* Pind. Pyth. x. 97. *Conf.* Soph. Antig. 966. 1123.

(*b.*) Præpositio παρὰ cum Dativo constructa significat i. q. *apud;* ut αἰσχρὸν παρὰ κλαίουσι θοινᾶσθαι ξένοις, *turpe est apud lugentes hospites,* sive *in ædibus lugentium hospitum epulari.* Eur. Alcest. 542. παρ' ἑωϋτῷ, *secum.* Herod. iii. 74. παρ' ἐμοὶ, *meo judicio.* Herod. i. 33.

(c.) Præpositio παρὰ cum Accusativo constructa significat *ad,* propriè *ad latus, juxta, penes—per* de tempore—*præter—propter.*

Ad, apud; ut ὁ παρὰ τὸν Ἀχέροντα θεὸς ἀνάσσων, *Deus qui apud Acherontem imperat.* Soph. Elect. 184.

ἀπίκοντο παρὰ Κροῖσον, *ad Crœsum venerunt.* Herod. i. 56.

Hinc comparationem vel proportionem designat; ut παρὰ τὰ ἄλλα ζῶα, ὥσπερ Θεοὶ οἱ ἄνθρωποι βιοτεύουσι, *præ reliquis*

*animalibus homines ut Dii vivunt.* Xen. Mem. i. iv. 14. παρ' οὐδὲν, *pro nihilo.* Soph. Œd. Tyr. 983.

Penes; ut ἡ νῦν παρ' ἐμὲ ἐοῦσα δύναμις, *potentia quæ nunc mea est.* Herod. viii. 140.

Per, de tractu et duratione temporis; ut παρ' ὅλον τὸν βίον, *per totam vitam.* Plat. proximè post, una cum, inter, παρ' αὐτὰ τὰ ἀδικήματα, *flagrantibus criminibus.* Demosth. παρὰ τὴν πόσιν, *inter potandum.* Anacr. xxii. 1. Sed παρ' ἡμέραν, modo *in diem,* Demosth., modo *alternis diebus,* Soph.

Præter; ut παρὰ πόλιν - - ἄγειν, *præter urbem ducere agmen.* Xen. Cyr. i. vi. 19. Hinc παρὰ δόξαν, παρὰ φύσιν, *præter opinionem, contra naturam, &c.*

οὐκ ἔστι παρὰ ταῦτ' ἄλλα, *non sunt alia præter hæc.* Arist. Nub. 698.

παρὰ ἓν πάλαισμα ἔδραμε νικᾷν 'Ολυμπιάδα, *prætermisso,* h. e. *excepto uno luctationis certamine, erat in eo ut Olympicá victoriâ potiretur.* Herod. ix. 33.

παρ' ὀλίγον διέφευγον, *parum aberat quin evaderent.* Thuc. vii. 71.

Propter; ut οἱ δὲ εὐέλπιδες εἰσὶ παρὰ τὴν ἐμπειρίαν, *hi verò bonâ spe sunt propter experientiam.* Arist. Eth. Nic. iii. 9.

In Compositis porrò significat *a scopo aberrare,* atque adeò quid *male, perperam, negligenter facere;* ut παραφρονέω *desipio,* παρακούω *perperam audio.*

## Πρὸς.

§ 198. (*a.*) Præpositio πρὸς (*Doricè* ποτὶ) cum Genitivo constructa significat i. q. *a, ab* variis notionibus, quæ exemplis optimè dignoscentur; item *per* in obtestationibus.

a, ab (de loci situ); ut πρὸς μεσαμβρίης 'Αραβίη ἐστὶ, *ab oriente,* h. e. *versus orientem* vel *a latere orientali, est Arabia.* Herod. iii. 107. Sic πρὸς μητρὸς, *a matre,* i. e. *relations on the mother's side.* Æsch.

a, ab (de origine, auctore vel mancipe); ut πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες ξεῖνοί τε πτωχοί τε, *a Jove enim sunt omnes hospitesque et egeni.* Hom. Od. vi. 207. πρὸς ἄλλης ἱστὸν ὑφαίνειν, *alius jussu telam texere.* Hom. Il. vi. 456. οὔτοι πρὸς ἡμῶν ὤλετο, *nequaquam a nostrâ manu periit.* Eur. Alc. 718. *Conf.* ὑπὸ.

Hinc quod cui *proprium, conveniens,* vel *ex officio* est; ut τὸ μεταστρέφεσθαι δεξιοῦ πρὸς ἀνδρός ἐστι, *se ad varias res convertere ingeniosi hominis est.* Arist. Ran. 540. ἄτοπα λέγεις, ὦ Σώκρατες, καὶ οὐδαμῶς πρὸς σοῦ, *inepta dicis, O Socrates, et te prorsus indigna.* Xen. Mem. ii. iii. 15.

Deinde ponitur ubi quid fit *pro aliquo,* vel *in alicujus gratiam aut commodum;* ut πρὸς τῶν ἐχόντων, Φοῖβε, τὸν νόμον τίθης, *e re divitum, O Apollo, legem ponis.* Eur. Alc. 58. εἶναι πρός τινος, *stare ab aliquo,* h. e. *ab ejus parte.* Herod. i. 124.

Per (in jurejurando et obtestationibus); ut πρὸς Θεῶν, *per Deos,* et, interposito pronomine, quod sæpiùs fit in hujusmodi formulis; ut πρός σε δεξιᾶς ἱκνοῦμαι, *per te dextram oro.* Eur. Iph. Taur. 1068.

(*b.*) Præpositio πρὸς cum Dativo constructa significat i. q. *juxta* vel *apud, præter.*

Juxta, apud; ut οὐχ ἑκὰς ἀλλὰ πρὸς τῷ λιμένι ὄντος, *cum non procul sed juxta ipsum portum sit.* Thuc. viii. 98. Hinc πρὸς πράγματι εἶναι vel γίγνεσθαι, *versari in aliquâ re.*

Præter (de accedentibus); ut πρὸς τούτῳ, *præterea.* Xen.

(*c.*) Præpositio πρὸς cum Accusativo constructa significat i. q. *ad, versùs, adversùs.*

Ad (de loco); ut προτὶ ἄστυ δύω κήρυκας ἔπεμπε, *ad urbem duos præcones misit.* Hom. Il. iii. 116.

Sic de domo; ut πρὸς ἡμᾶς, *in nostras ædes.* Arist. Plut. 398. πρὸς τὸν Θεὸν, *in templum Dei.* Ibid. 653. λέγειν πρός τινα, *dicere ad aliquem.* Plat. σκοπεῖν πρός τι, *spectare ad aliquid, considerare.* Ibid. Hinc

Quod attinet ad; ut τέλειος πρὸς ἀρετήν, *perfectus quod ad virtutem attinet.* Plat.

Relativè ad, si spectes ad, ita ut comparationibus inserviat; ut σκοπεῖτε τὰ ὑμέτερα αὐτῶν πρὸς τὰ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, *considerate res vestras cum rebus aliarum gentium collatas.* Demosth. Et cum notione non modo æquiparandi, sed etiam superandi, imprimis apud Herodotum; ut Ἴνδοι φόρον ἀπαγίνεον πρὸς πάντας τοὺς ἄλλους, *Indi tributum afferebant supra quam reliqui omnes.* Herod. iii. 94. Hinc, i. q. propter; ut πρὸς ταῦτα, *propterea.* Soph. πρὸς

*οὐδὲν, nullâ de causâ.* Ibid. Et secundùm, congruenter, accommodatè; ut *πρὸς τὰς τύχας γὰρ τὰς φρένας κεκτήμεθα, secundùm eventus enim sapere aut non sapere putamur.* Eur. Hipp. 698. *πρὸς τοῦτον ἐποιοῦντο τὴν εἰρήνην, ad ejus voluntatem pacem fecerunt.* Demosth.

Ad, versùs; ut *ἀνατείνων τὰς χεῖρας πρὸς τὸν οὐρανὸν, tendens ad sidera palmas.* Xen. Cyr. vi. i. 3. Hinc i. q. erga; ut *Χαιρεφῶντα ποιῆσαι πρὸς ἐμὲ οἷον δεῖ, facere ut Chærephon erga me animatus sit qualem eum oportet esse.* Xen. Mem. ii. iii. 10. Adversùs, cum bono tum malo sensu; ut *σπονδὰς ποιήσασθαι πρὸς τοὺς στρατηγοὺς τῶν Ἀθηναίων, inducias facere cum ducibus Atheniensium.* Thuc. iv. 15. *μάχεσθαι πρός τινα, pugnare adversùs aliquem.* Thuc. i. 18. *πρὸς κέντρα λακτίζειν, adversùm stimulos calcare.* Æsch. Ag. 1207. *Conf.* Terent. Phorm. i. ii. 28.

Ad, i. q. sub vel circa (de tempore); ut *πρὸς ἡμέραν ἦν, erat sub, circa lucem.* Xen. Anab. iv. v. 21. Item i. q. circiter (de numeris); ut *πρὸς ἑκατόν, circiter centum. Conf. εἰς.*

Ad, i. q. apud; ut *πρὸς δεξιὰν, ad dextram.* Eur. Orest. 475.

Obs. 1. Præpositio *πρὸς*, præcedente Articulo, cum omnibus casibus constructa, inservit Periphrasi; ut *οἱ πρὸς αἵματος, consanguinei.* Soph. *οἱ πρὸς ταῖς κύλιξι, pincernæ.* Herod. *τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς, res divinæ.* Isocr.

Obs. 2. Præpositio *πρὸς* cum Accusativo constructa in quibusdam formulis adverbiascit; ut *πρὸς βίαν*, i. q. *βιαίως, violenter.* Sic

| | |
|---|---|
| *πρὸς φιλίαν amicè* | *πρὸς ὑπερβολὴν egregiè* |
| *πρὸς χάριν spontè* | *πρὸς εὐσεβίαν piè* |
| *πρὸς ἡδονὴν lubenter* | *πρὸς τὸ ἀνδρεῖον viriliter* |
